



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Prætermissæ Declarationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

PRÆTERMISSÆ DECLARATIO- NES.

PARTIM EX MANUSCRIPTIS, IMPRESSIS-
que exemplaribus à XXI. Martij CIO. 1591. (ordine Ses-
sionum tamen capitumq; Concil. Trid. seruato) par-
tim ex alijs fidelibus manuscriptis, ac vno pra-
seruato à viro probè erudito in ipsa
vrbe descripto.

SUPPLETÆ.

Concil. Trid. Sess. 4. in decret. de edit. & vsu factorum
librorum.

ET, si regulares fuerint, ultra examinationem.) Congregatio Cón-
cilij censuit idem in concionibus obseruandum, etiam si concio-
natores ab Ordinatione fuissent approbati.

Eadem s. qui autem scripto eos communicant.

Vel enulgant.) Etiam lectiones, annotationes, disputationes con-
ciones & alia similia, nec non tractatus pertinentes, tum ad deuotio-
nem, tum ad quietationem conscientiarum stimulatorum fratrum
& alia huiusmodi, quæ sibi inuicem communicant fratres.

Sessio 5. De Reformat.

CAPITULUM

Congregatio Concilij censuit, quando clericus secularis idoneus *Phanensis*
pro Theologali præbenda non reperitur, collationem illius su- *24. May*
spendendam esse, donec inueniatur idoneus Theologus secularis, *1591.*
cui fieri possit, & interim nullum esse deputandum custodem, aut
curatorem fructuum ipsius Canonatus, sed eos omnes tradendos
superiori alicuius ordinis, qui curet, vt aliquis Theologus ex suis
Regularibus publice in Cathedrali Ecclesia doceat sacram scriptu-
ram, pro vt mandatur Decreto Concil. cap. 1. Sess. 5. eiq; in primis ne-
cessaria subministret ex dictis fructibus, quod reliquum fuerit in v-
lum Monasterij conuertat.

Congregatio Concilij censuit, erectionem præbendæ Theologi *Lunensis*
non habere locum in ea, quæ vigore statuti assequenti Canonico op- *6. Julij*
tatur, sed illam præbendam, quam dimiserit Canonicus, qui nouis- *1591.*
simè optat, huic muneri affectam, & vitam remanere.

Vu 4

Con-

11. *IANUAR.* 1594. Congregatio Concilij censuit tempus, horam, & materiam Sacra Scriptura, super qua legendum sit, remitti arbitrio Ordinarii.
14. *MARTIJ* 1598. Congregatio Concilij censuit, si stipendium pro lectore sacre Theologiæ iam ante Concilium fuit, ut proponitur in Cathedra deputatum, non esse necesse ex Decret. Concil. exigere præbendam Theologalem.
- Astensis* 32. *Febr.* 1601. Congregatio Concilij censuit, obtinentem præbendam Theologalem non esse admittendum ad ius optandi competens Canonatus. An si canonicatus omnes consistant in quotidianis distributionibus præbendæ erunt intelligendæ, & sic quoque Congregatio censuit.
- Se coram Episcopis presentare*] poterit Ordinarius si sibi videbitur etiam ab eis exigere professionem fidei.

Sessio 5.

CAPVT II.

Nullius 3. *Iulij* 1591. Congregatio Concilij censuit, cogendos esse curatos ad obsequia per seipfos, & non per substitutos ea munia, ac cogentur, tolerandos autem, ut per substitutum supplicat in illorum casibus, quibus expressis verbis Canonum, Decretorum Concilij permillum est eis, ut per Vicarios coadiutores, vel substitutos possint officio suo fungi.

Sessio 6. De Reformat.

CAPVT II.

Congregatio Concil. censuit rectores habentes Parochiam intra & extra ciuitatem, licet hi qui extra sunt, plures & magis numeri sint, qui per Vicarios amouibiles regebantur oportere residere in loco, in quo sita est Ecclesia Parochialis, & ideo in ea inuentione ciuitatis sit, ibi ipsos residere oportere. Quod si Parochiam qui extra ciuitatem habitant ob locorum distantiam vel difficultatem patiuntur incommoda in percipiendis sacris & diuinis officijs audiendis, succurrendum illis esse remedio. c. ad auertentiam de Ecclesia dif. & decreti Concilij Sess. 21. c. 4. Quod si essent duæ Ecclesie intra & extra, & vna tantum parochia, rectorem debere residere in Ecclesia quæ est intra ciuitatem.

Sessio 6. De Reformat.

CAPVT III.

AN milites Hierosolymitani comprehendantur Decret. Concilij etiam vbi de eis non fit expressa mentio. Respondit Congregatio comprehendendi, nisi specialiter prius legijs post Concilium mutentur.

Concilium
cui declaratur
manet in
manet

Congregatio censuit de voto Rotæ hoc decretum non solum comprehendere capitula exempta, sed etiam omnia alia præterea se posse tueri aduersus visitationem siue vigore consuetudinum, siue sententiarum, siue iuramentorum, siue concordiarum, quæ tantam suos obligent auctores non etiam successores, quo minus à suis Episcopis, &c.

An derogatio de qua in Sess. 25. cap. 6. extendatur etiam ad disposita in hoc cap. 4. Congregatio respondit extendi.

Suos obliget auctores.] Videtur Rota, decidisse hæc verba non referri ad concordias sed ad iuramenta.

Authoritate Apostolica.] Concordiæ confirmatæ, etiam quando Ordinarius visitat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, non censentur sublatæ.

Hoc decreto prohibetur quod Decanus & Capitulum habens ius sibi legitime competens, non possit visitare ipsum Capitulum, singularesque personas sibi subiectas cumulatim cum Episcopo, scilicet tamen ab eodem, nec potest, si quis in visitatione legitime fuerit punitus & correctus ab ipso decano, Episcopus denuo punire & corrigere super eodem.

Item censuit congregatio Episcopum in visitatione Capituli posse formam aliquod erimen corrigere & punire non tamen ad pœnam ordinariam, sed eam pœnam quæ magis emendationem morum respiciat; cum finis visitationis sit potius emendatio quam punitio. Item si compilato processu & formato iudicio contra aliquem capitularem in visitatione Episcopus voluerit procedere, censuit congregatio seruandam esse formam traditam in c. 6. Sess. 25. vt non solus sed ad id deputatis Episcopus procedat.

In territorio de Couarunias existit Collegiata insignis omni modo excepta à visitatione Abbatis. Queritur quis istorum Episcopum in cuius diocesi prætenditur esse Abbatia, an ipse Abbas iuxta formam Concilij possit visitare, corrigere, & etiam extra visitationem iuxta c. 6. Sess. 25. Item is qui debuerit visitare obseruet formam Concilij assumendo duos electos de Capitulo. Item expositum fuit, quod est aduertendum, quod lis pender in Rota, an Abbatia sit in diocesi Burgensi nec ne.

Congregatio censuit Concilium d. c. Sess. 6. & cap. 4. Sess. 25. nullum ius dedisse Abbati visitandi Collegiatam, quia dicta Capitula sequuntur de Episcopo tantum: Ideo Episcopum posse visitare iuxta c. 4. non obstante exemptione etiam immemoriali, quia prædicta Capitula sublatæ sunt, si modo dicta Collegiata est in diocesi Burgensi, nec in actu visitationis tenetur Episcopus assumere duos de Capitulo. d. c. 4.

fol.
21.

Præfupposito ftatuto inter Dominum Archiepifcopum Hifpaniæ & Capitulum ipfius à Sede Apoftolica confirmato, de curialitate videndum erit in iudicio ordinario. Congregatio enim Dominum Archiepifcopum in vifitatione qua fit in quilitio parocatur præparatoria, non poffe recipere iuramentum à vifitato procedere ad capturam, nec mandare vt detur copia veltit, nec pcedere ad yllum genus pœnarum poffe, aut vifitare folum hinc ab iunctis, iuxta formam cap. 4. Sefl. 6. Quod fi compilato pœnti, formatoque iudicio prout iuris fuerit, contra aliquem Capitulum in cafa quo contra accufatum de crimine comprehenfum in iudicio ftatuto fiue concordia ad pœnam voluerit procedere, ftatutum esse concordiam non poffe Dominum Archiepifcopum vifitare in domo fua Epifcopali, fed cum vifitare voluerit Capitulum debere accedere ad locum folitum, quo fcilicet Capitulares congregati & actus expedire confueverunt, fi id tamen commode fieri poterit, in minus, ad locum congruum & communem, fed non tenent accedere ad locum Capituli quoties profequi velit vifitationem aliquam particularis perfonæ de Capitulo. Si tamen Capitulum occasione vifitationis ipfe conuocare voluerit, non poffe extra locum folitum habere illud congregari, vt dictum eft.

Congregatio cenfuit, licere alieno Epifcopo exercere pontificalia in aliena Ecclefia & ordinare clericos eiusdem diœceſis de licentia Ordinarij & cum litteris dimifforijs fuorum Ordinariorum. Item etiam licere de licentia Capituli fede illa Epifcopali vacante, nec obftare cap. 10. Sefl. 7, quia voluit tantum coarctare hanc facultatem poſt annum; nec veriſimile eſt, quod voluerit abrogare eam & tollere facultatem & iurisdictionem datam Capitulo. Nec obftare hoc decretum quia dicit, ſine licentia Ordinarij quia Capitulum hoc caſu vice Ordinarij fungitur. Nec obſtant verba illa illi dicitur & ſubiectos, quia litteræ dimifforiales fuorum Ordinarij fecerunt illos ſubiectos.

Poterit etiam ille Epifcopus ordinare familiares tioneales eisdem Epifcopi, in cuius diœceſi exercet Pontificalia, ſi ille idem Epifcopus qui hanc facultatem exercendi pontificalia dedit, ex parte etiam dedit licentiam huic familiari, vt poſſet ordinari ab eo, cum ipſem familiarem Concilium habeat pro ſubdito illius Epifcopi, ſicut Epifcopi verè ſubditum ordinare poteſt, ſic & iſtum.

Poteſt Abbas Benedictinus ſcilicet ex privilegio hanc facultatem habens exercere pontificalia, & ſolemne benedictionem in ſuo monaſterio & Ecclefia in qua habet hanc facultatem dare in ſuo monaſterio & Ecclefia in qua habet hanc facultatem benedictionem: extra vero veluti benedictiones dare, reconciliari

Eccleſias & cœmeteria non niſi de licentia Ordinarij loci.

Concil. Tri.
cū declaro
iuramentum
macta

DE CONFIRMATIONE.

CAPVT III.

Ordinarium.] Abbas habens ex priuilegio sedis Apostolicæ vt sacramentum Confirmationis possit conferre. S. D. N. Gregorius audita relatione Congregationis annuit quod possit, de licentia tamen Ordinarij. Extraordinarium vero cui Papa concederet, S. D. N. Gregorius ex sententia Congregationis respondit Abbatem priuilegiatum omnia quæ spectant ad Episcopum posse exercere, præterquam Chrisma & sacros ordines conferre non posse & sacramentum Confirmationis administrare, cum ea quæ sunt ordinis requirant specialem mentionem, nec inferioribus Prælati inueniuntur concessa, & licet exceptio sitmet regulam non tamen ampliatur ultra eius naturam vt comprehendat ea quæ sunt alias reseruata, & de quibus est faciendâ specialis mentio, prout est confirmare.

An scholares vniuersitatum quibus ex indulto Apostolico concessum est vt possint nominari ad beneficia vacatura secundo & tertio donec qui seniores sunt, assecuti ætatem legitimam 80. florenos auri de camera in fructibus beneficiorum deductis omnibus percipere valeant. S. D. N. Gregorius respondit ex sententia Congregationis hanc receptionem nominationem intelligi de comparabilibus beneficiis.

Commenda perpetua.] Commendæ quæ ad sex menses in Ecclesiis curatis fieri poterant ab Ordinariis c. nemo de Elect. in 6. amplius post Concilium locum non habent in eis deputari Vicarij ad formam c. 18. Sess. 24.

Congregatio Concilij declarando supradictum S. D. N. responsum intellexit regulam de triennali non defendere eos, qui beneficia incompatibilia post Concilium obtenta simul retinuerunt contra decretum cap. 4. Sess. 7. nec etiam eos qui beneficia ante Concilium obtenta ratione incompatibilitatis vel alias dimittere teneantur non obstantibus dispensationibus iuxta terminos cap. 17. Sess. 24. & c. 15. Sess. 25.

Congregatio Concilij censuit, obrinentem Parochialem vna cum canonicatu ex dispensatione Apostolica ante Concilium obtenta potuisse post Concilium absque alia dispensatione optare præbendam pinguiorem.

Episcopus cum examinaret vniones iuxta dispositionem huius decreti & in Sess. 21. c. 9. ante quadraginta annos in eius diœcesi factas, & quæ prius non tamen ante dictum tempus 40. annorū sortite effectum fuerant interesse prætendentes vigore suarum præsentarū appellatiōnū impediunt Episcopū ab huiusmodi examine? Respondit
Coa-

Congregatio Concilij casum hunc omiffum à Concilio, Idem dicitur, et ceteris eiusdem non posse quidquam attentari in eos c. 7.

Congregatio Concilij censuit, nominationem vicariorum ad tempus in beneficiis curatis spectare ad monasterium, perpetuum vero in vim constitutionis Pij V. spectare ad Episcopos. In hac congregatione Concilij dubitatum an vicarius perpetuus coalitus vigore huius decreti subire deberet aliqua onera saltem per se per constitutionem Pij V. de vicarijs perpetuis S. D. N. Gregorio XIII. audita relatione Congregationis declaravit Bullam Pij V. ut contra onera incumbantia ipsi parochiali, in qua erit vicaria perpetua, pertineant ad ipsum vicarium solum, nulla autem ex parte ad Ecclesiam seu monasterium aut locum pium, quibus erat unita ipsa parochialis.

Censuit Congregatio in parochialibus, quæ non sunt unitæ monasterijs, sed earum membra, aut quomolibet dependentibus, nec Concilium, nec constitutionem Pij V. de vicarijs perpetuis adposuisse, an vnus vel duo regulares esse debeant. Ideo hos calumniosos linquendos esse institutioni cuiusque religionis, nisi aliud Sanctissimus decernat.

Actum est in congregatione Concilij an essent constituti vicarij perpetui in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis curam animarum habentibus, & eam per temporarios mercenarios exercere debentibus.

Congregatio censuit, nihil per legem generalem statuendum esse, sed singulis casibus, qui occurrerint prouidendum, prout magis expedire videbitur.

Sessio 7. De Reformat.

CAPVT III.

Nullius 4. Sept. 1591. Congregatio Concilij censuit, ad obtinendam in Cathedralibus collegiata dignitatem non curatam, requiri ætatem annorum completam.

CAPVT IV.

11. Ianuarij 1594. Congregatio Concilij censuit Episcopum ex causa posse dispensare, vt quis possit obtinere duo beneficia difforma sub eodem titulo, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi.

CAPVT V.

Congregatio Concilij censuit, si aliqua Abbatia nullius diocesis existat, non posse Episcopum viciniorum ibi conferre sacramentum confirmationis, & exercere Pontificalia, ab Episcopo viciniorum.

pressa licentia, sed esse in facultate ipsius Abbatis conuocare, quem maluerit Catholicum antistitem, saluo tamen maiori iure Episcopi vicinioris, si aliunde id sibi competat, verum posse Episcopum viciniorum visitare beneficia secularia, & Clericos seculares dictæ Abbatis, illosque culpabiles repositos corrigere, & Episcopum viciniorum dici tantum illum, cuius Cathedralis Ecclesia sit Abbatis proximiore, non autem locis dictæ Abbatis subiectis.

CAPVT VII.

Congregatio Concilij censuit, si beneficium liberum, siquidem *Parisiens.* *Julij 1591.* vnium sit Monasterio Monialium, Vicarium in eo constitutum esse perpetuum, vel amouibilem à Monialibus præsentandum, & ab Episcopo approbandum, iuxta ca. 7. Sess. 7. si verò non sit vnium, sed pertineat ad collationem Monialium, & per personas seculares deferri sit solitum, esse vtrique conferendum à Monialibus illi, qui ab Episcopo præiudicio examine per concursum fuerit approbatus. Quod si de iure patronatus Monialium fuerit, seruandum esse, quod statuit Decretum Concilij cap. 18. Sess. 24. vers. si vero inrispationatus Ecclesiastici: nempe vt si institutio ad Episcopum pertinet, is, quem Moniales digniorem inter probatos ab examinatore iudicauerint, Episcopo præsentet, vt ab eo instruatur, si vero institutio ab alio, quam ab Episcopo erit faciendâ, Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem Patronus ei præsentet, ad quem spectat institutio.

Congregatio Concilij censuit, constitutionem sanctæ memoriæ *27. Martij* *1594.* *1594.* *1594.* Quinti, de Vicarijs perpetuis, ita esse intelligendam, vt omnia officia, incumbentia Parochiali Ecclesiæ, in qua fuerit erecta Vicaria perpetua, pertineant ad Vicarium perpetuum solum, nulla autem ex parte ad Ecclesiam, seu Monasterium, aut alium locum pijs quibus vnita fuerit ipsa Parochialis.

CAPVT VIII.

Congregatio Concilij censuit, posse Episcopum visitare quas- *12. Febru-* *1596.* cunque Ecclesias seculares, intra fines suæ Dioceseos existentes, vigore cap. 8. Sess. 7. etiam si ad Regulares pertineant, & ab eis dependant, dum tamen per seculares eis deferri iatur.

Item Monasteria quæcunque commendata, in quibus non viget *12. Febru-* *1596.* regularis obseruantiæ, ac beneficia tam curata, quam non curata seculares, & regularia qualitercunque commendata vigore cap. 8. Sess. 7. Præterea tam beneficia curata vnita quibuscunque Monasterijs, & locis pijs ex cap. 7. Sess. 7. quam etiam personas exercentes curam in Monasterijs Regularium, quibus etiam cura imminet iuxta ca. 11. Sess. 25. de Regul. Ecclesias autem milicum Hierosolymitano-

ict.
at.

sanorum esse exemptas privilegij summi Pontificis à visitatione Episcopi, præterquam si fuerint curata, tunc enim cum huiusmodi privilegia excipiant ea, quæ respiciunt curam animarum, & necessarios eorum administrationem, quoad hoc, posse utiq; visitari ad Episcopis, &c.

Item nullam pœnam incurrit Episcopus non utendo iurisdictione sibi in exemptos à Concilio tributa, sed in illis tantum casibus, quod decreta Concilij vtuntur verbis præceptiuis seu obligatorijs, continere peccatû mortale, & in casibus in quibus dispositio Concilij absolute adimit exemptis hanc iurisdictionem, sed tantum si Ordinarij velint, Ordinarijs volentibus exercere possunt, exempti vero in casibus, in quibus Concilium hanc iurisdictionem exemptis adimit & præcipit Episcopis vt soli ipsi exercent, non possunt.

Præsupposito ex declaratione congregationis quod Episcopi non solum per se ipsos, sed etiam per illorum in spiritualibus generalem vicarios munus visitationis possunt exercere, an Vicarij eo casu ipsa solum in scriptis facultatem habere debeant, & de illa prius & per authentica documenta ipsis Abbatibus, superioribus, vel eorum vicariis & subditis, dimisso sibi illorum exemplo de verbo ad verbum fidem facere teneantur, & donec istud fecerint libere & sine obstaculo resistere.

Congregatio censuit, opus esse speciali in scriptis facultate, de qua etiam huiusmodi fidem esse faciendam.

Congregatio censuit, licere Episcopo visitare capellaniam huiusmodi patronatus Laicorum, etiam Iurisdictionis Regum ex privilegio sibi concessio, quia in sua diœcesi, nec susceptorum patronatus quandoque legum obstare, nisi in fundatione id expressum sit, sed si probetur capellaniam exemptam, tunc Episcopus visitet tanquam sedis & quæ sit licet delegatus ex hoc c. 2.

Concilium hic non videtur sustulisse neque rem iudicatum concordiam.

Exclusis. Et si iureiurando solemniter cessisset exemptis huiusmodi quæ in sua diœcesi reperitur, quia Ordinarius non potest se excusare à præceptis quæ continentur & in hoc & in alijs decretis Concilij.

De hoc in vna Barenfi sancti Nicolai.

CAPVT X.

Taurinen- Congregatio Concilij censuit, non posse Capitulum, vel vicarium sede Episcopali vacante, infra annum literas dimissionis auctoritatis concedere.

16. Decem- Congregatio Concilij censuit, licere Vicario Capituli sede Episcopali qua muisset adhuc intra annum vacante, concedere Ordinarij pote auctato dimissiones ad ordines, &c.]

Concil. Tri-
cū declar-
manent in
thor

Vicarius Capituli sede vacante infra annum potest concedere dimissorias ad primam tonsuram ei qui est presentatus à patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum Iurispatronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat.

Hoc cap. censuit Congregatio non procedere in insignito solo caractere primæ tonsuræ.

Si in maioribus ordinibus.] Ad minores sic promotus, potest in superioribus ordinibus ministrare & beneficium obtinere.

CAPVT XI.

Facultates de promotione à quocumq[ue].] Intelliguntur à sede Apostolica concessæ, non ab Ordinarijs quæ appellântur literæ dimissorias.

CAPVT XIII.

Congregatio Concilij censuit, Canonicum semel ab examinatis vrbis, cum Canonicatum adeptus est, examinatum, & idoneum repertum, si eo dimisso, alium Canonicatum obtinuerit, non esse iterum examinandum.

*Ianenſis 6.
Iulij 1592.*

Congregatio Concilij censuit, prouisum Apostolicum apprehendentem possessione beneficij literis non expeditis, ex Iulij tertij constitutione amittere beneficium, siue ius illud habens, ac ad illa obtinenda Decreto inhabilem effici.

*Placentinensis 1.
Iulij 1593.*

Congregatio Concilij censuit, in prouisione beneficiorum simplicium, quorum collatio libere spectat ad collatorem inferiorem, non requiri approbationem Episcopi, prout requiritur in institutione, vt dicitur ex cap. 13. Sess. 7. De Reform.

Tertis Ianuarij 1594.

Congregatio Concilij censuit, eum, qui ad dignitatem promotus est, examini nihilominus subiiciendum tam eius Episcopi, qui non contulit dignitatem, quam eius, qui contulit, nisi tamen statim cum collatione dignitatis examinatus, & ordinatus fuerit.

30. Ianuarij 1596.

Qui admittuntur in Ecclesijs patrimonialibus aut receptiuis, tam numeratis quam innumeratis ad beneficia seruitoria, non possunt admitti nisi prævio examine & approbatione Episcopi iuxta hoc decretum. In illis Ecclesijs, in quibus occurrente vacatione Canonicatus ad illum presentari debeat, & ab inferiori institui, antiquior pensionarius ad pensionem antiquorum beneficiatus ad beneficium antiquior expectans, censuit Congregatio non sufficere aliquem examinatum & approbatum fuisse ab Episcopo, quando admissus ad expectandum iuxta dispositionem huius decreti, sed necessarium est in quolibet ascensu nouum examen.

Episcopus cui commissum est examen per litteras Apostolicas applicatus, qui beneficium simplex obtinuit, poterit illud delegare non obstante quod fuerit in litteris eius conscientia onerata.

Cogni-

Cognitio vero an beneficium sit vel ne de iure patronatus, sicut ad habentem ius instituendi.
Ita alias in vna Vercellensi.

CAPVT XIV.

AN Canonici Regulares, qui de consensu & mandato superiorum Regularium aliquibus Parochialibus Ecclesijs Monasterijs vnitis præficiuntur, si delictum, curam animarum, aut administrationem non concernens Sacramentorum commiserint, possint ab Episcopo puniri, &c.

Congregatio Concilij censuit, non posse ab Episcopo puniri, sed à suis superioribus Regularibus tantum.

Sessio 13. De asseruando Eucharistia Sacramento.

CAPVT VI.

IN Ecclesijs Parochialibus semper Eucharistia referuari debet, in aliquo mundo, singulari & signato loco, vt infirmis succurrere possit, nec consuetudo excusat contraria, nec Paupertas Ecclesijs, ad hoc subeant periculum à manu sacrilega, contra quod periculum cautum esse non possit per quamuis diligentem custodiam.

Sessio 13. Canon. 9.

18. Februarij 1598.

Congregatio Concilij censuit, præcedi non posse aduersus eos qui tribus ab hinc annis ab A. C. excommunicatus ad hanc usque diem in excommunicatione permansit, præterquam in felibus Parochialibus, in quibus anno ab A. C. absolutionem obtinuerunt.

21. Maij 1601.

Congregatio Concilij censuit, non satisfacere præcepto Ecclesie eum, qui sanctissimum Eucharistia sacramentum suscipit, antequam post diem Paschatis non de manu Parochi, sed Regularium habitantium à sede Apostolica privilegium ministrandi hoc sacramentum, præterquam in die Paschatis.

Sessio 13. De Reformat.

CAPVT I.

7. Martij 1596.

Congregatio Concilij censuit, non posse Episcopum in visitatione non complicit, & se intra visitationis terminos continere.

24. Aprilis 1597.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum non posse in visitatione imponere pœnas ordinarias delictorum, sed tantum extrajudiciales, quæ magis morum emendationem, ac correctionem, quam ordinariam delicti vindictam respiciant.

2. Ianuarij 1601.

Congregatio Concilij censuit, non licere Episcopo visitationem

Concil. Tri.
cū declar.
manent in
mora

aggredi
tegere, n
Cong
entem,
stum rec
bus pœn
nem resp
Cong
tio, quæ
trandoru
municati
à visitati
tueri ad
confuetu
gruum, n
qui voluer
si Episc
tis non p
pœnam o
Appella
liberab hu
lucappel
appellatio
ex appell
Quare
non aufert
recausa de
Constitu
tionem, cu
Nec deb
& actuali
Et possi
tica const
mendabile
Congre
tum ab e
appellare
Con. cap. 3
nam decl

aggrediendi proponere edicta, quibus subditi iubeantur crimina de-
regere, multoq; minus proposita pœna excommunicationis.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum visitationem aggredi- ^{25. May}
entem, atq; etiam in præparatoria inquisitione non posse vi suspe- ¹⁶⁰¹
ctum reculari, nec probatione, vel allegatione suspicionis, quo mi-
nus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem & emendatio-
nem respiciat, viciatos afficere possit, impediri.

Congregatio Concilii censuit, in visitatione, quando sit inquisi- ^{26. Augu.}
tio, quæ præparatoria vocatur, non licere Episcopo ad detegenda vi- ^{ssi 1594.}
sitorum peccata per edicta publicâ monete homines sub excom-
municationis pœna ad reuelandum, neq; in ea exigere iuramentum
à visitatis, ceterum cum visitare voluerit illos, qui sunt de Capitulo,
teneri ad locum Episcopum accedere, vbi Capitulares se congregare
consequerentur, si id commode fieri possit, si minus ad locum con-
gruum, non tamen teneri accedere ad locum Capituli, quoties profe-
quæ voluerit visitationem alicuius particularis personæ de Capitulo,
si Epif. visitauerit ad morum correctionem, & emendationem, v-
tq; non posse non compilato processu, nec seruatis de iure seruandis
pœnam ordinariam infligere.

Appellari non potest.] Intelligitur etiam de indebita incarceratione, &
de ab huiusmodi gravamine appellari potest, & Ordinarius teneretur
hæc appellatiōi deferre, & sincere processum transferre ad Iudicem
appellatiōis, interim tamen reo manente in carceribus, donec Iu-
dex appellatiōis causa cognita aliud iusserit.

Quare autoritas delegata, quæ Episcopis à Concilio tribuitur,
non aufert ius illorum ad quos legitime interposita appellatiōe ali-
u causa deuolueretur.

C A P V T I V.

Constituit.] Non comprehenduntur Prælati mendicantium regu-
larium, cum non habeant nomen dignitatis.

Nec debent interesse in examiue processus, sed tantum in solemnâ
& actuali degradatione, tanquam assistentes seu assessores.

Et possunt ab Ordinario assumi aliæ personæ in dignitate Ecclesia-
stica constitutæ & non diœcesana, scientia sacre Theologiæ com-
mendabiles.

C A P V T V.

Congregatio Concilii censuit, subditum Episcopi excommuni- ^{Martis}
catorum ab eo, & à Vicario vrbis & delegatione Papæ absolutum, posse ^{Politanæ}
appellare ab ipsius Episcopi pronuntiatione, qui vigore Decreti ^{15. May}
Con. cap. 3. Sess. 13. absolutionem obreptam subreptitiam, & obrepti- ^{1591.}
tiam declarauit.

Sessio 14. De partibus & fructu Sacramenti penitentia.

CAPVT III.

EGo te absoluo.] Congregatio censuit, intelligi in forma solita & consueta ab Ecclesia, quæ debet extendi secundum contentum & stylum.

Sessio 14. de Sacramento Penitentia & casuum reservatione.

CAPVT VII.

Custoditum semper fuit.] Congregatio censuit, sacerdotibus non sic iuxta c. 15. Sess. 23: non posse valide à peccatis mortalibus soluere penitentem in articulo mortis constitutum, ubi paratam præsens iam perhibeat Sess. 14. de sacramento penitentia & reservatione, paratamq; sic infirmi audire confessionem illum quæ uere, neq; vlla subit causa Parochum ipsum recusandi.

Nullius 3. Congregatio Concilij censuit, illos qui confessiones audiunt pro se uirtute iubilæi indicti à summis Pontificibus cum facultate audiendi à quibuscunq; casibus, absoluerit à casibus Episcopo reuocatis, sed non uirtute privilegiorum Regularibus, seu contrarietate concessorum.

16. Februarij 1594. An qui semel in vno tempore Paschatis peccata fuerit confessio penitentiario depurato, in vim decreti Concilij Tridentini c. 8. 6. dicatur satisfecisse præcepto Ecclesie contento in e. omnes uariæ sexus, extra. de penit. & remis. Omnes Illustriss. Dominici illius sententiæ, videatur satisfecisse.

12. Maij 1594. Congregatio Concilij censuit, non posse Regulares absolueri casibus Episcopo reuocatis, in vim privilegiorum eis ante Concilium concessorum, neq; audire confessiones personarum secularium nisi prius fuerint approbati ab Ordinario.

Sessio 14. De Reformat.

CAPVT I.

Nullius 3. Congregatio Concilij censuit, ca. 7. Sess. 14. de Reformat. inter cetera in suspensionibus, & prohibitionibus tam temporariis quam perpetuis, & temporalem prohibitionem, & suspensionem de iure ubi ex delicto occulto extrajudicialiter procedit Episcopus ad illud beneplacitum prohibendi, vel suspendendi.

Concil. Tri
cū declar
mauerit in
mauerit

CAPVT II.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum exercentem Pontificalia in aliena Diocesi de Ordinarij loci expressa licentia, posse Ordines conferre etiam suis proprijs Diocesanis, non obstante Concilio c. 5. Sess. 6. de Reform. 6. Iulij 1595.

In loco exempto intra fines certae Dioceseos existenti non posse Episcopum Diocesanim etiam à superiore loci exempti Ordinario accersitum Pontificalia exercere, nisi de licentia Episcopi loci, intra cuius fines locus huiusmodi exemptus fuerit constitutus. 1. Iulij 1597.

Episcopus.] Concilium Lateranense nouissimum permisit Cardinales in Ecclesijs suis istos habere Episcopos pro suffraganeis ibi Sess. 9. de Cardin. omni conatu suis provideant debito inservire Cathedralium dignos & idoneos vicarios seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit tum digna & competenti mercede. Pius V. publicationes circa Concilium Tridentinum decreto suo consistoriali sancivit huiusmodi Episcopos non esse creandos, neque in suffraganeos dando, nisi Ecclesijs Cathedralibus, & illis, quae soleant habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera superfructibus illius Ecclesiae qui propria autoritate ab Episcopo percipi possunt, & quod nullibi poterit Pontificalia exercere sine expressa licentia sedis Apostolicae, nisi in illa diocesi cui datus est in suffraganeum.

CAPVT III.

Congregatio Concilij censuit, decretum Concilij c. 3. Sess. 14. non comprehendere examinatos, & promotos à praedecessoribus Episcopis, nisi post promotionem noua causa superuenierit. 9. Marij 1597.

CAPVT IV.

Congregatio Concilij censuit, non posse ex decreto Concilij c. 4. Sess. 14. etiam extra visitationem corrigere, & punire Clericos seculares exemptos ab Episcopo, & alteri inferiori Ordinario seculari extra Diocesim existenti subiectos, quam sententiam Sanctissimus ad se relatum approbavit. 27. Iulij 1596.

CAPVT V.

Congregatio Concilij censuit, conseruatorias regularibus concessas, quas Concilium Tridentinum c. 5. Sess. 14. saluas esse voluit, non fuisse sublatas ex decreto Concilij c. 20. vers. 24. 28. Ianuarij 1594.

Et regularium loca] S. D. N. Gregorius XIII. concessit omnibus regularibus, quod in omnibus Italiae ciuitatibus conseruatoriam se-

mel eligant, & coram eo tantum conveniantur, neque illi coram eo recedere, & ad alium conservatorem transire eorundem Provincia intra mensem Episcopis locorum Ordinarijs indicentur, quin coram ipsis Ordinarijs conveniri possunt.

Hospitalitatem servantia.] Sub his verbis excluduntur Abbates conventus sancti Antonij Viennensis & aliorum similium.

Litteræ cancellariæ concessæ vniuersitati vel regularibus, quos hoc Decreto Concilium voluit esse saluos, non sunt sub altero decreto Concilij Sess. 24. c. 20.

CAPVT VI.

[In sacris fuerint.] Dubitatur vtrum eo ipso quod clericus in loco constitutus, non detulit vestes clericales, iuxta consuetudinem Provinciae & statuta Episcopi, sit suspensus etiam ipso iure pro prima vice, vel saltem suspendi debeat ab ipso iuxta hoc decretum. Congregatio respondit quod necesse est vt præcedat mactatio Episcopi, quæ sufficiat etiam per edictum publicum, postquam quilibet prehensus fuerit non deferre honestum habitum clericalem, sed iudini & dignitati congruentem & iuxta Episcopi ordinatorem, nisi erit quidem ipso iure statim suspensus, sed poterit & debeat suspensus cum etiam pro prima vice suspendere ad tempus, eius arbitrio.

CAPVT VII.

[Repellendo.] Congregatio censuit, hoc etiam habere locum. R. Agitur de repellendo vi illata Patri.

25. Iunii
1599.

Congregatio Concilij censuit, ex homicidio mere casuali nulla penitus fuerit admissa culpa, & in quo non dabatur operam licitæ, nullam oriiri irregularitatem.

CAPVT VIII.

[Hoc decretum Concilij loquitur de ijs, qui virtute peccati.] H. Maduertere volunt in non subditos. Episcopus loci de iurisdictione iuri communi c. postulasti & c. vlt. de for. compet. non potest in principio de quo loquitur concilium, sic fuit responsum Episcopo qui dubitabat vigore huius decreti procedere contra forensem qui commiserat in sua diocesi delictum.

CAPVT XI. in fine.

10. Nouëb.
1600.

Congregatio Concilij censuit, milites regulares militiæ habitati, & Spataa aliosque huiusmodi non emittentes vota substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientie, non esse incapaces beneficiorum secularium, siue simplicium, siue curatorum, neque etiam pensionum.

Concil. Tri.
cū declarata
mutaretur in
mactatio

CAPVT XII.

Nec sunt sublata institutiones, quæ ex immemoriali consuetudine ante Concilium ad inferiorem spectabant, & dummodo ad inferiores ipsos institutio hæc alias legitime spectet & pertineat, ita vt non descendat ab aliquo Iurepatronatus quod decreto Concilij sublata sit, prout disponitur Sess. 7. cap. 13. Sess. 24. c. 8. & Sess. 24. cap. 9.

CAPVT XIII.

[Intelligatur.] Non sunt sublata Iurisdictiones, veluti si funtator capellæ reliquerit institutionem Capitulo.

Sessio 21. de Reformat.

CAPVT I.

Congregatio Concilij censuit, non posse Cancellarios pro expeditione literarum collationis, vel institutionis, quorumcumque beneficiorum, vel pro deputacione Vicariorum in illis, accipere, nisi mercedem suo labori conuenientem, quæ tamen scriptura, sigillo, & ceteris computatis vnum aureum non excedat, dummodo tamen illis Cancellarijs salarium yllum pro officio exercendo constitutum non sit, & ex pecunia, ad quam acceperunt, nihil prorsus emolumentum collatores, aliquo modo directe vel indirecte percipiant.

Item Episcopo Massariensi idem Gregorius declarauit non posse exigere annatam pro confirmatione vel benedictione Abbatissæ, vel pro collatione alicuius beneficij de mensa Episcopali, vel dimidiam annatam, si beneficium esset Iurepatronatus.

CAPVT II.

Congregatio Concilij censuit, tutum etiam in conscientia eum, qui beneficium, ad cuius titulum erat promotus, resignauit, & aliud ex causa permutationis obtinuit, tacendo in resignatione, quod erat promotus ad titulum primi beneficij, dummodo secundum beneficium sit æquiualeus primo.

Congregatio Concilij censuit, non expedire, vt ad titulum patrimonij quis ad sacros Ordines promoueatur, nisi certi redditus ad honestam promouendi sustentationem sufficientes super certis redditibus fuerint in forma legitima, & valida assignati.

Congregatio Concilij censuit, posse Episcopum in summa clericorum penuria ob necessitatem Ecclesiæ ordinare ad Subdiaconatum suos clericos, cum assignatione perpetua fructuum aliquorum bonorum, quorum fructus sufficiant ad eorum sustentationem.

Congregatio Concilij censuit, posse aliquem ad sacros Ordines promoueri ad titulum bonorum immobilium, & annuorum reddituum, qui ei donentur, si tamen Episcopus iudicauerit eum assumendum, pro necessitate suarum Ecclesiarum, donationesque huiusmodi bene, & absque vlla fraude in forma valida fiant, ac bona, & redditus donati huiusmodi promouendo sufficiant ad vitam honeste sustentandam, & nullo modo possint alienari absque licentia Episcopi,

scopi, donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliter habeat unde commode vivere possit.

Possidere.] Quæritur an obtinens Parochialem Ecclesiam sufficientem ad victum, teneatur promoveri ad sacerdotium infra annum iuxta c. licet, cum Concilium videatur declarasse de beneficiis intelligi de beneficio Ecclesiastico sufficienti ad victum, imo prohibet posse promoveri ad sacros Ordines. Congregatio respondit non posse, sed tamen expedire eum debere dimittere. Sanctitas sua protulit hanc sententiam ut demitteret.

Quod si beneficium esset litigiosum & curam animarum haberet, tamen obtinens sacros Ordines suscipere debet, si modo libere curam habeat exercitum.

Possit.] Quidam resignavit Canonicatum, ut intra mensem receret docere, quod aliunde commodeque, &c. Mox interfectum, Ordinarius voluit beneficium conferre per obitum. Respondit Congregatio non posse, quia affectum est, cum semel Papa posset mutare.

Habent etiam locum omnia hic, etiam si beneficia essent in partibus trionatus.

Hoc decretum prohibet resignationes voluntarias, non autem privationes.

Congregatio Concilij respondit non posse Capitula sede vacante post annum non arctius concedere dimissiones ordinandis ad totum patrimonij sue pensionis, sed hanc facultatem esse referendam iudicio proprii Episcopi.

Clerici regulares, qui ante professionem factam ad sacros Ordines promoventur, ipso facto suspensi sunt, & ita ordinum susceptionem actus exercendo sunt irregulares. Ita Pius V. in extrava. Remota Pontifex factorum publicata pridie Idibus Octobris 1568.

CAPVT III.

Alborensis
14 Julij 1591.
Congregatio Concilij censuit, scribendum ad Archiepiscopum Decretum, quo Episcopus exsequens Decretum Concilij capitulum 21. vel 3. Sess. 22. tertiam partem fructuum præbendarum in distributiones quotidianas convertit, non dari appellationem ad effectum suspensivum.

Melleensis
9 Aprilis
1592.
Congregatio Concilij censuit, vigore Concilij non posse converti in distributiones tertiam partem reddituum beneficij simplicium præbendarum, ac dignitatum faciendam, ex c. 3. Sess. 21. in convertendam in distributiones quotidianas, fieri debere non ex altera tantum pinguiori præbenda, sed ex omnibus præbendis, & dignitatibus Ecclesie.

Eandem autem assignationem distributionum quotidianarum tertiam partem fructuum, dignitatum, & præbendarum, fieri debere extra suspensionem, & alijs legitimis oneribus, quamdiu duraverint.

Concilium
cū declarata
in materia

Vnumquemq; percipere debere tantum de distributionibus, quantum de sua præbenda fuit detractum, & eum, cui plus ablatum de præbenda pinguiori, plus de distributionibus percipere debere, cui autem nihil ablatum est, nihil esse dandum.

Congregatio Concilij censuit, non posse ab Episcopo beneficiis simplicibus nouum onus imponi.

Et sic hæc deductio de dignitatibus, quorum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cuius choro hæc dignitates sedem habent secus vero si nullos fructus perciperent ex illis Ecclesiis, sed haberent proprios & distinctos à mensa capitulari.

Congregatio Concilij censuit, vt sic quilibet Canonicus tantum accipiat de quotidianis distributionibus, quantum in eas contulit de tertia parte suæ præbendæ, ad portionem contribuendam, tam ex hoc c. quam ex c. 3. Sess. 22. tenentur etiam & compelli possunt Canonici, qui in sacris non existunt. Nec excludantur à contributione huius tertie partis hi, qui essent Episcopi vel residerent in parochiali.

Quando Episcopus vsus est remedio huius capituli tertij Sess. 21. in detrahenda tertia parte ex dignitatibus, non potest ex remedio capituli tertij Sess. 22. in detrahenda alia tertia parte ex dignitatibus, & nihil dandum eis, qui nihil contulerunt.

Nec potest deducere hanc tertiam partem, nisi ex canonicatibus & aliis beneficiis in Cathedrali vel Collegiata vel aliis vnitatis, neque extra Ecclesiam Cathedrali vel Collegiatam hoc decretum habet locum.

Congregatio Concilij censuit, quod Ecclesia matrix seu parochialis nõ acquirat ius patronatus in Ecclesia fundata iuxta suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, nec obstat si diceretur, quod oblationes future sunt loco dotis, quia ad hoc vt acquiratur ius patronatus requiritur quod assignatio dotis fiat tempore foundationis & nõ post. Etiam limitatur, quia Ecclesia ex necessitate populi constituitur, vt in d. c. ad audientiam, quo casu erunt loco dotis, & sic dotans, & rector Ecclesiæ matricis erunt ambo patroni, vt in d. c. ad audientiam.

Dotas insufficienter, quod arbitratu Ordinarius nõ acquirat ius patronatus, sed dicitur benefactor, quãdo occurrunt plures in dotatione, licet equaliter nõ contendant, oēs efficiuntur patroni, etsi sufficienter dotis ex se singuli non conferant, dummodo Ecclesia habeat dotem competentem; quia ex quo ille qui plus contulit, admittit alium, videtur illi communicare ius sibi competens in illo patronatu.

Ex quibus Congregatio respondit Episcopo mõis regalis, quod si ipse iudicauerit dotem, quæ à quodã laico promittebatur iunctis oblationibus, nõ ex necessitate populi constituta erat Ecclesia, esse sufficienter pro ecclesia parochiali de nouo erigenda in terminis huius decreti illam erigat, & presbytero qui nominatur, si per examẽ illum idoneum ad Ecclesiam regendam inuenierit, conferat sine concursu, pro hac prima vice.

Censuit Congregatio dignitati curatæ vniri posse aliam dignitatem

ex causa paupertatis iuxta hoc decretum etiam in Sess. 24. unionem facere posse Abbatem si sibi facultatem venendi legitime prescripserit, aut ex privilegio in Ecclesia sibi plene iure subiecta iurisdictionem quasi Episcopalem habeat in omnibus & per omnia, si loquimur de unione faciendam esse per Episcopum cum conventibus Abbatis & Capituli.

CAPUT IV.

28. Aprilis 1594. Congregatio Concilij censuit, Episcopum in vim Concilii Tridentini Sess. 21. non posse erigere coadiutoriam, sed vniq. Rectorem, ad adiungendum sibi tot sacerdotes, quot sufficientes sunt ad Sacramentis ministrandis.

29. Iunii 1609. Congregatio Concilij censuit, si in oppido est Ecclesia Parochialis absq. fonte baptismali, & Archipresbyteratus ab illa separatus a fonte baptismali, ita demum Archipresbyteratum, cui alias cura incumbit animarum, esse curatum, si tenentur homines oppidi pro pueris baptizandis solum Archipresbyterum adire, & ille tantum sacramentum aduentibus ministrare.

22. Septembris 1609. Congregatio Concilij censuit, ex ea sola causa, quod populus licuius Parochialis adeo sit numerosus, vt vnus Rector non possit sufficere sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, omnino quidem licere ordinario nouam Parochiam erigere, nisi ad ea concurrant, quae exprimuntur constitutione fel. rec. Alex. Terrij. incipit ad audientiam, & innouatur Decreto Concilij cap. 4. Sess. v. in his vero, sed ob huiusmodi magnam multitudinem debent Ordinarij vti remedio dict. ca. 4. in princ. scilicet cogendo Rectorem vt tot sibi sacerdotes adiungant, quot sufficientes ad sacramenta celebranda & cultum diuinum celebrandum.

An vt quastores arceantur possint Ordinarij de facultate a Superioribus Regularium Eleemosynae quarendae concessa aliquam recognitionem & qualem habere. Congregatio censuit ex Concilio prohiberi regulares mendicantes quo minus Eleemosynas quarant, non tamen alios eorum nomine, & quoquo modo posse quarant, illo tamen ex loco vbi sint sita monasteria, Eleemosynas per eandem dioecsim quaritantes, teneri ad ostendendum Ordinario contentiam suorum superiorum.

Sessio 22. De celebrat. Missae.

Albanensis 5. Septembris 1592. Congregatio Concilij declarauit, caput vnicum de obseruatione & euitandis in celebratione Missae Sess. 22. in ea parte, in qua dicitur, extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata auctoritate sacrificium Missae celebrari non debere, non deogasse prius eodem modo introducto in fauorem Episcoporum per cap. vltimum de presul. in 6.

Concil. Tri-
cū declarauit
quod in
monasteriis

Item
bus pro
quod sp
An si
rum or
etiam c
ur, etia
Congre
nie &

Con
Bee
anno vl
stributio
Congre
da tertia
Sess. 22. d
& Off
Congre
videnda
illus id co
distributi
Cong
post Con
quod dia
ex dicta
defi si i
dum iux
Dign
quibus in
caz. verif
nouem n
Comp
tatem, &
modum
verif. pra
bere, circ
pellatum
natuere,
tium fu
incumbe
extra cla
reatur, iu
nati diui

Item non posse Parochos recipere aliquid etiam à sponte danti-
bus pro administratione Sacramentorum: pro elemosyna autem,
quod sponte offeretur, posse accipere. *1. Febr. 1593.*

An si regulares aliqua indecentia aut prohibita in Ecclesijs suo-
rum ordinum habeant, ex Concilio Provinciali possit Ordinarius
etiam contra ipsos regulares, eorumque Ecclesias provt eis videbi-
tur, etiam per viam interdicti, vel censurarum providere. Respondit
Congregatio posse, dum tamen ad interdictum non procedat, nisi
ante & rectè obseruatis omnibus à Iure requisitis.

CAPVT III.

Congregatio Concilij censuit, posse Canonicos per mediaria *Sauonenfis*
Ecclesiæ inseruire, iuxta Decretum Episcopi, dum tamen toto *Iulij 1591.*
anno vltra bimestre non absint ab Ecclesia, & etiam eo tempore di-
stributiones quotidianas minimè percipiant.

Congregatio Concilij censuit, non posse Ordinarium pro lucran-
da tertia parte præbendæ in distributiones ex Decret. Concil. cap. 3. *Elbonensis*
Sess. 22. de Reform. conuersa dignitatibus præscribere certam serui- *29. Septem-*
tij & Officij formam præter solitam. *bris 1593.*

Congregatio Concilij censuit, distributiones quotidianas ita di-
uidendas esse, vt quilibet Canonicus deseruiendo lucrari possit ex
illis id totum, quod de tertia parte suæ præbendæ detractum in ipsas
distributiones conuersum fuerit. *23. Aprilis 1594.*

Congregatio Concilij censuit, si Præpositura Cathedralis, à qua
post Concilium tertia pars fructuum detracta, & in distributiones
quotidianas conuersa, proponitur, nõ sit de corpore Capituli, id quod
ex dicta tertia parte Præpositus non inseruiens amiserit, fabricæ Ec-
clesiæ si indulgeat, vel alteri pro loco arbitrio Episcopi esse applican-
dam iuxta Decretum c. 3. Sess. 22. *10. Aprilis 1598.*

Dignitates & officia obtinentes in Ecclesia Cæsaraugustana de
quibus in hoc capitulo comprehenduntur sub dispositione Concilij
Sess. 24. vti præterea obtinentib. Sess. 24. vt ad præstandum seruitium
annuum mensium iuxta Iuris decentem formam possint compelli.

Competens seruitium quod præstare tenentur obtinentes digni-
tatem, & beneficia in Ecclesia Cæsaraugustana non ad eum plane
modum accipiendum est, quo præscribitur à Concil. Trident. in cap. 12.
vbi præterea obtinentibus Sess. 24. sed Archiepiscopum posse & de-
bere, circumsciri pro alio eius decreto, à quo ex parte dignitarum ap-
pellatum fuit, aliter quidem seruitium illi competens & congruum
statuere, nempe ex hoc c. Cæterum oportere Archiepiscopum arbi-
trium suum pro muneribus & oneribus ipsis dignitatibus & officijs
incumbentibus moderari, simulque rationem habere habitantium
extra claustrum in præscribendis horis, quibus interesse quisque te-
neatur, iuxta autem horas & dies seruitij ad hunc modum determi-
nari, diuidendas esse distributiones ex tertia parte quorumcumque
fru-

fructuum & proventuum earundem dignitatum & officiorum de-
sumptas, deductis tamen pensionibus, alijsque legitimis oneribus,
quoadiu durauerint; Quae quidem distributiones, ab illis, qui pri-
cipaliter statuto tempore non deseruiunt, amittantur, & in
Ecclesiae aut alteri pio loco, iuxta decretum eiusdem ca. 3. applican-
tur, obtinentesque huiusmodi dignitates & officia licet in com-
muni perinde atque alij eiusdem Ecclesiae Canonici ad ministrandum
& ad missas in altari maiori celebrandas.

Sed fabrica Ecclesiae) hoc habet locum in dignitatibus, personali-
bus & officijs, neque comprehendit canonicatus, vel aliud distribu-
tionum genus, habet etiam locum, quod hic disponitur, quando non
adest illa ratio, quod nullae vel ita tenues distributiones essent, ut
cap. 3. Sess. 21. sed in odium non residentium applicandum habeat,
non obstat aliqua consuetudo, qua cauetur, ut deseruiens con-
pensiones non seruientium accrescant.

An ratione visitationis Archidiacono incumbens ratione
dignitatis possit abesse ultra tres menses concessos a Concilio. Con-
gregatio censuit posse.

An vero pro tempore dictae absentiae ultra tres menses ea
visitationis possit lucrari fructus sui Archidiaconatus, qui huius
perintereffentiam.

Congregatio censuit posse, dummodo dari consuetudine adhibita
legitima causa, non tamen lucrari distributiones mere quoadiu
An durante ea visitatione lucrari etiam possit fructus illius cano-
nicatus quem obtinuit, vel ex dispensatione vel ex Ecclesiae
consuetudine, stante quod fructus canonicatus distincti sunt
quibus praebendae Archidiaconatus.

Congregatio respondit non posse nisi pro tribus mensibus
visitationis & a Concilio permissis, nec tamen de iurandis fructibus
cum habent, nisi existeret Ecclesiae consuetudo, ut Archidiaconus
sitans nihil fructuum percipiat, quam consuetudinem censuit
congregatio saluam remanere.

CAPVT IV.

*Idem
Jan. 1597.*

Congregatio Concilij censuit, non licere Episcopo post Con-
cilium etiam accedente patronorum consensu derogare qua-
libet in beneficij fundatione appositis, ideoque si beneficium
datione certam aetatem requirat, non posse Episcopum illud, quan-
uis Patronus consenserit, ei conferre, qui nequaquam fuerit
modi aetatis.

Hoc decretum comprehendit omnia beneficia quae ordinantur
Regularibus. Sed non loquitur de monasterijs regularium.

Habent. Neque consultiuam vocem, neque assilientiam, sed
sedem in Capitulo.

CAPVT VII.

Auditores legatorum, alijque Iudices Apostolici à Legatis & Nuntijs delegati, quibus iuxta facultatem illis concessam committuntur audiendas & cognoscendas causas appellationum ab Ordinarijs ad Sedem Apostolicam interpositarum, debent seruire hoc Decretum Concilij super inhibitionibus, iuxta formam c. Romana de appell. in 6. decernendis.

CAPVT VIII.

Item Episcopum posse visitare confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes, non autem eorum Capellas, vel altaria, quæ intra easdem Ecclesias consistunt.

In vna Lucana Societatis Sanctæ Crucis censuerunt domini mei illustrissimi omnia hospitalia visitari posse ex Concilio tanquam loca pia, licet non sint Ecclesiastica auctoritate instituta.

CAPVT IX.

Congregatio censuit per administratores confraternitatis Rosarij rationem singulis annis, statis temporibus reddendam esse, ad id deputatis, & tum his etiam Episcopum seu eius vicarium adhibendum esse.

Consuetudinibus etiam immemorabilibus, vt hæc derogatio alienud operetur. Clem. enim quia contingit de religiosis domibus, sustulit consuetudinem & priuilegia, & ita censuit Congregatio in vna Cordubensi.

Ecclesiæ. Abbates, Abbatissas & Præpositas regulares qui liberam administrationem suarum Ecclesiarum ex immemorabili consuetudine habent, non teneri Congregatio censuit reddere rationem fabricarum suarum, nec comprehendi hoc decreto vt Episcopus possit rationem exigere.

An quæcunq; vsurpatio bonorum iuriumq; cuiuscumq; beneficij vel loci pii, subijciat vsurpantem anathemati, & alijs pœnis hic appositis. Congregatio respondit subijcere.

Sessio 23. De Sacramento Ordinis.

CAPVT IV.

An furiosus habens dilucida interualla ad subdiaconatus ordinem promotus, continuo teneatur, & dato quod non teneatur, an sit ei concedenda dispensatio, vt possit contrahere matrimonium.

Congregatio respondit aut tempore susceptionis agitabatur, & non teneri, nisi ante futuram intentionem suscipiendi habuerit, aut non constet sanæ aut insanæ mentis tunc esset, vt idem teneri. Ad secundam, nullam esse rationem dispensationis concedendæ.

Sessio

2. Iun. 1595

Congregatio Concilij censuit, non licere Parochis castra & vicaria à suis Parochialibus Ecclesiis post Concilium abesse, & Episcopum licentias ad id concedere posse, eaq; si concesserint, non suffragari.

23. Sept.
1596.

Congregatio Concilij censuit, si Ecclesia Parochialis Reclia habitacione careat, debere vtiq; & posse Rectorem compelli ad habitandum intra limites Parochiæ in loco propinquiori.

Congregatio censuit solam distantiam loci, etiam cum egra causa discedendi, non excusare Parochum, vt possit abesse à sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis necessitas retere se offerat, quæ non patitur dilationem huiusmodi licentiam petendi, quæ su quamprimum de discessu & de necessitate Ordinarium certum faciendum esse, vt de causa cognoscere possit.

Nec Parochus habens iustam causam abeundi extra parochiam per duos menses aut tres, satisfacit suæ conscientiæ, si petentiam, iurans se grauamen habere, quod non expedit manifestare, vt sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat. Similiter abesse non potest in casu quo causam rationalem expressit, quæ vir bonus & æquus rationalem iudicat, sed rigidus Prelatus minus æquam iudicat, & licentiam denegat, vel quia mouetur suspitione, quæ ficta sit, cum tamen sit vera, sed habere posse recusum ad superiorem.

Nec est liber à culpa, & à pena amissionis fructuum qui vult per quatuor mensium spatium ex vrgenti admodum causa ad curam suam valetudinem morbo graui instanti, pro huiusmodi licentia non petijt licentiam ab Episcopo, qui bona fide putauit necessitatem causæ satis esse, nisi periculum fuisset in mora petendi licentiam, vt supra dictum est.

Nec sufficit licentia tacita, sed oportet vt sit expressa iuxta formam Concilij Tridentini. Fructus amittuntur dumtaxat pro rata parte temporis, quo quis abest sine licentia.

Nec potest componi restitutio debita fructuum male perceptorum, cum obtinentibus Bullam Cruciatæ vel vigore aliorum privilegiorum & facultatum obtentorum post Concilium.

An Episcopus procedens per subtractionem fructuum à vicariis Parochos non residentes iuxta hoc decretum §. eod. omnino cogatur obseruare eadem interualla, eademq; rationes, quæ contra Episcopos non residentes statuitur c. 1. Sess. 6. Congregatio censuit, Episcopum quoties in opem omiffæ residentia vult Parochiam, debere partes fructuum quos residendo suos fecerit debere obseruare quoad interualla & quoad quotas præscriptum Conc. c. 1. Sess. 6.

Concil. Tri
cū declarata
maneat in
mora

executione autem faciendâ super illis fructibus, quos eidem Parochi pro rata temporis absentia suos non fecerunt, nec tura conscientia retineri possunt, ex decreto Concil. c. 1. §. Si quis autem Sess. 24. Episcopum non debere sequi interualla, de quibus in c. 1. Sess. 6.

Privationem.] Intelligendum exclusiue vsq; ad priuationem dum tamen præcellerint tria edicta publica & lapsi sint sex menses, iuxta c. tua de clericis non residentibus.

An in præsentia, in qua Episcoporum copia haberi non potest, dispensandum sit, ut in loco duorum Episcoporum, qui in consecratione Episcopi interesse debent subrogentur duo Abbates, duosue alii dignitates Ecclesiasticas habentes. Congregatio dixit posse dispensari, & maior pars Theologorum, qui consulti fuerunt, sic responderunt faciendum, & ita Pius V. dispensauit.

CAPVT III.

Congregatio Concilij censuit, quamuis ordinandorum genus, *Nullius 3. Julij 1591.* ætatem, & conditionem diligenter inquirere debeat, iuxta c. 7. Sess. 13, non tamen eos ab ordinatione, nisi aliud Canonicum obstat impedimentum, qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores &c.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum posse alienos Clericos ordinare, si habeant literas dimissoriales proprij Ordinarij, licet Episcopus literas dimissoriales concedens alia legitima causa, quam ætatis, *Calagiritanensis 27. Augusti 1592.* expressâ in cap. 3. Sess. 23. de Reform. fuerit impeditus.

CAPVT V.

AN approbatus ad dignitatem ordines sacros annexos habentem alia indigeat approbatione ad suum ordinem suscipiendum. Congregatio respondit eum, qui ad dignitatem approbatus est examini nihilominus subiiciendum esse, tam eius Episcopi qui non contulit dignitatem, quam eius qui contulit, nisi tamen statim cum collatione dignitatis examinatus & ordinatus fuerit iuxta præscriptum huius decreti.

CAPVT VI.

Congregatio Concilij respondit, nullam esse à Tridentino Concilio præfinitam ætatem tonsuræ, & quatuor minoribus ordinibus, sed eam attendendam, quæ à sacris Canonibus præscribitur. *Grossetanensis 20. Maij 1592.*

Licet Clerici in minoribus dumtaxat ordinibus constituti, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario, aut aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi versentur. *21. Ianuar. 1594.*

versetur, fori iudicis Laici declinare non possint, non tamen præterea Congregatio Concilij censuit obstare Episcopo, quo non iure suo in huiusmodi Clericos delinquentes, si adhuc Clerici remanent, possit animaduertere.

11. Iulij
1595.

Congregatio Concilij censuit, vt Clericus fori privilegio gaudeat, requiri & sufficere ea, quæ aliquo ex infra prædictis capitulis gillatum sunt annotata, quod obineat beneficium Ecclesiasticum. Quod Clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Episcopo de mandato Episcopi inseruiat: Quod clericalem habitum, & tonsuram deferens in aliquo seminario de licentia Episcopi debeat.

Quod in habitu, & tonsura incidens in aliqua schola de licentia Episcopi versetur.

Quod habitum, & tonsuram gestans in aliqua vniuersitate de licentia Episcopi versetur.

Si vero, quæ in aliquo ex capitulis comprehensa sunt, in Clerico concurrant, sed aliqua occasione habitum à se gestari solent, de obitu tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amittere. Aucto habitus sit Clericalis ad iudicis Ecclesiastici cognitionem pertinet, quibus autem casibus Clericus ex decreto Concilij fori privilegium non gaudet, nullam requiri monitionem, vt illud amittat.

18. Septem.
1595.

Congregatio Concilij censuit, Clericum prima tonsura habitum Clericalem, & tonsuram deferentem, nec alicuius Ecclesiæ seruitio de mandato Episcopi descriptum, licet fori privilegium non gaudeat, gaudere tamen beneficio cap. Odoardus.

Super c. 6. Sess. 23.

18. Decembris
1595.

Congregatio Concilij censuit, obtinere pensionem haberi in Clerico beneficiato ad effectum privilegij fori.

16. Martij
1596.

Congregatio Concilij censuit, ad beneficium simplex subiectum annum 14. inceptum, licet non completum.

19. Decembris
1596.

Congregatio Concilij censuit, Clericum prima tonsura, qui dimissum habitum & tonsuram Clericalem deliquit, & pro eo abbas in curia seculari citatus fuit, deinde reassumpto habitu & tonsura Ecclesiæ seruire cepit, iuxta c. 6. Sess. 23. non posse iudicium laicum processui suum imponere, & contra illum realiter procedere.

17. Augusti
1600.

Congregatio Concilij censuit, sepius eiusdem Concilij. De re nihil noui iuris inductum est, quoad ætatem obtinentium Canoniceatus in Collegiatis Ecclesijs, ideo sufficere ad huiusmodi Canoniceatus obtinendos ætatem 14. annorum.

Vtrum Clericus in minoribus ordinibus constitutus clericalem habitum & tonsuram deferens, quod alteri Eccl. quam eius de mandato Episcopi ascriptus fuerit, inseruiat, gaudeat privilegio. Congregatio respondit gaudere.

Clericus promotus ad quatuor minores ordines, non fuit ab Episcopo ascriptus alicui Ecclesiæ ad inseruiendum, iuxta rext. c. 1. d. 16. Sess. 23. Congregatio Concilij censuit non teneri.

Concilij Tri-
cui declarata
manent in
mora

CAPVT VII.

Congregatio Concilij censuit, quamuis ordinandorum genus, a- *Pacensis 12*
 ctatem, & conditionem diligenter inquirere debeant iuxta c. 7. *Iunij 1591.*
 Sess. 13 non tamen eos ab ordinatione, nisi aliud canonicum obesse
 impedimentum, qui a ludæis originem trahunt, vel quorum maio-
 res, etsi hæretici fuerint, emendatos tamen esse constet, & reincor-
 poratos Ecclesie vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ec-
 clesie penitentiam receperint, quam vel perfecuerint, vel perfectioni
 eius insisterint, aut paratos fuisse ad recipiendum eandem iuxta con-
 stitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit, statutum id tamen intelli-
 gendum esse, nisi aliter privilegio Apostolico aut confirmatione ca-
 reatur.

CAPVT VIII.

DE mandato S. D. N. Sixti V. auditi fuerunt procuratores ordi-
 num super declaratione à fel. record. Greg. 13. etiam ex sententiâ
 Congregationis edita, quod regulares teneantur recipere ordines sa-
 cros, vel dimissorias ab Episcopis, in quorum diocesi sunt monaste-
 ria in quibus ipsi tunc degunt.

Idem Sanctissimus ex sententiâ dixit regulares posse concedere
 dimissorias ad Episcopum diocesis, quod si abfuerit ad quemcum-
 que, dummodo ab Episcopo qui ordines contulerit, examinentur
 quoad doctrinam.

Suspensus. Jan c. 8. Sess. 23. corrigat constitutionem Pij V. cum sa-
 ctorum: ita ut qui receperunt sacros ordines ab alieno Episcopo si-
 ne aliqua licentia, vel dimissoria, & postea fuerunt à proprio Epi-
 scopo absoluti à suspensione, in quam propter peccata inciderunt,
 sint tuti in conscientia, an vero in distis casibus non occultis egeant
 absolute Pontificis: forte enim Concilium procedit solum in eo,
 qui sine legitima quidem licentia imo vel sine licentia, & sanctissi-
 monio proprij Episcopi de moribus & sufficienti litteratura ab alie-
 no Episcopo ordines suscepit: eadem dispositio est circa dispen-
 sationem in prædictis casibus. Congregatio respondit esse tutius,
 nisi tempore, quo durabat suspensio in iisdem ordinibus ministras-
 sent, quo casu irregularitatem incurtissent à qua solus Papa dispen-
 sat: sicq; Concilium non corrigere constitutionem Pij V. circa ir-
 regularitatem, quia nihil de regularitate disposuit, tantum de sus-
 pensione, cuius absolutio nec reseruanda erat Pape per dictam Con-
 stitutionem, sicq; vno verbo suspensio non inducit reseruacionem,
 irregularitatis est reseruatio: quia d. c. 8. sic dicit, & sic concludit ca-
 sam quando sine licentia à Papa &c.

An Episcopus ordinans alienos subditos sæculares cum di-
 missorijs proprij Episcopi asserentis eos examinatos fuisse & ido-
 neos repletos: teneantur huiusmodi attestacioni deferre, vel
 resisti

etiam possit eosdem ordinandos examinare. Congregatio censuit esse arbitrarium, & ideo posse, sed non teneri.

Præsupposito quod Abbates & perpetui commendatarii monasterij Sanctæ Mariæ Ordini S. Benedicti nullius diocesis sint, & iurisdictione Episcopi exempta, & Sedi Apostolicæ immediate subiecti, quibus etiam ex privilegio Apostolico concessa fuit cura, & iurisdictione & omnimoda administratio dicti Monasterij personarum corrigendi, castigandi, & visitandi propria autoritate.

Item præsupposita Congregationis declaratione alias edita quod Superiores regulares dimissorias ad ordines concedere possint regularibus dicti sui monasterij. Congregatio censuit si constiterit monasterio, & monachis speciali privilegio à Sede Apostolica tantum facultatem nominatim esse tributam, posse utique Commendatarium dimissorias litteras concedere, alias nequaquam.

CAPVT IX.

26. Maij
1594.

Dubitatum fuit, An Episcopus, qui decreto Conc. cap. 9. de familiarem suum sibi non subditum, & per triennium locum commoratum ordinari collato ei statim ipsa beneficio, possit postea cum eodem, quoad temporum interstitia, dispensare, & collatum tamen comprehensum c. 11. 13. eiusdem Scilicet Congregationis censuit posse.

An sufficiat aliquem obtinere in aliena Diocesi beneficium simplex? Congregatio Concilii censuit sufficere, quod beneficium simplex.

Statim.] In incontinenti, & sic censuit Congregatio quod Episcopus, qui contulit primam consuram familiari suo non subditum, tamen per triennium secum commoratus fuerit, non dicatur dispensasse huiusmodi decreto, per collationem beneficij illi factam intra annum & in undecimo mense post datam consuram.

CAPVT X.

Iferniensis
24. Maij
1591.

Congregatio Concilij censuit oratorem pro obtinendis dimissorijs posse adire etiam cum Episcopum, in cuius Diocesi beneficium obtinet Ecclesiasticum.

30. Martij
1594.

Congregatio Concilij censuit, Abbates etiam benedictos, & benedictas facultatem à Sede Apostolica faciendi omnia, quæ facta sunt Abbates benedicti, non posse primam consuram & quatuor ordines secularibus, etiam quod habeant litteras dimissorias ad Ordinarios conferre.

23. Aprilis
1594.

Stante declaratione sacre Congregationis Tridentinæ. Concilii mente felicis recordationis, Sixti Quinti, facta videlicet, quod superiores Regulares possint suis subditis eisdem Regularibus, & benedictis qualitates requisitas Ordines suscipere voluerint, licet

Concilium
cū declaratio
monasterij

missorias concedere, ad Episcopum tamen Diocesenum, & si is ab- fuerit, ad quemcumq; alium Episcopum, dum tamen ab ipso Episcopo, qui ordines contulerit, examinatur, quoad doctrinam. Quasi- tum fuit, quid esset obseruandum si Episcopus quidem adfuerit, sed mi- nime ordinationes voluerit habere.

Congregatio Concilij rem ad S. D. N. Clementem VIII. relata- censuit in casu, quo Episcopus fuerit praesens, & noluerit habere or- dinationes, idem prorsus obseruandum esse, quod declaratum fuit seruari debere, si Episcopus fuerit absens, ita tamen si susceptio Or- dinum data opera non fuerit dilata in id tempus, quo Episcopo. Dioc- esanus nullas esset habiturus ordinationes.

Congregatio Concilij censuit, Regulares superiores posse suo subdito itidem regulari, qui praeditus qualitatibus requisitis ordi- nes suscipere voluerit, licet eas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diocesenum, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab- sit, ad quos pertinetis regulatis, positus fuerit, & si Diocesanus ab- fuerit, vel non esset habiturus ordinationes, vel Episcopalis sedes va- cante, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinatur quoad doctrinam, & dum ip- si Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoria- rum in id tempus, quo Episcopo. Diocesano vel abfuerit, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum a superioribus regulari- bus Episcopo Diocesano absente vel ordinationes non habente, li- cet dimissoriae dabuntur, in eis utiq; huiusmodi causam absentiae Diocesani, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimen- dum esse.

Die 3. Iuli
1599.

Congregatio Concilij censuit, Priorem S. Ioannis Hierosolymi- tani in locis nullius Dioceseos, in quibus ipse iurisdictionem ordi- nariam quasi Episcopalem habet, si privilegium a sede Apostolica et- iam ante Concilium obtinuerit conferendi primam tonsuram, & quatuor minores ordines, posse utique suis subditis duntaxat regu- laribus primam tonsuram, & quatuor minores ordines conferre.

23. Augu-
sti 1599.

Posse etiam si dicto privilegio fulciatur ad quemcumque Catho- licum antistitem eosdem subditos regulares dimittere, ad primam tonsuram, & quatuor minores ordines promouendes.

Item posse aliquem Catholicum antistitem accersere, qui ipsis subditis regularibus primam tonsuram & quatuor minores in dictis locis conferat, aliaque ibidem Pontificalia exerceat, Chrismatisque sacramentum conferat licentia alterius minime requisita, neq; huius- modi obstare Decretum cap. 5. Sess. 6.

Quinimo minime obstante dict. c. 5. Sess. 6. eundem antistitem ab eo accersitum in eisdem locis posse seculares, in quos Episcopa- lem iurisdictionem Prior habuerit, ad sacros ordines promouere, si licet dimissorias Episcopi, cuius Cathedralis Ecclesia Prioratui proximior fuerit, legitime confectas secum attulerint.

Y y

Nullius

Nullius diocesis.] Quod si non constat esse infra fines diocesis Episcopus vicinior concedat: tonsuratus vero ab alio non benedicto, vel non habente hanc potestatem ex privilegio huiusmodi Apostolicæ debet iterum tonsurari, sic etiam qui esset tonsuratus quatuorve ordines minores suscepisset ab Abbate non benedicto, vel ab alio qui talem potestatem habet ex privilegio Sedis, tunc aut Concilium, cum huiusmodi privilegia in hoc decreto subleventur.

Vicarii Ecclesiæ Cathedralis sede vacante vel alii inferiores concedentes dimissorias incidunt in pœnas de quibus hic, nec tamen in pœnam excommunicationis in c. 10. Sess. 7. quia illud cap. 10. hic tantum expressum ad pœnas vicariorum deputatorum in Cathedralibus, si concedens incidere in excommunicationem in vicarius alias deputatus: sed voluit concedentes incurrere tamen in illas pœnas, de quibus hic excepto Capitulo Cathedrali in d. cap. 10. Sess. 7. licet forte esset etiam dubium an vicarius Capituli Cathedralis concedentes voluerit Concilium subire illas pœnas cap. 10.

Abbas Sanctæ Mariæ de succursu ordinis montis Olivæ in potuerit in loco ordinariæ suæ iurisdictionis conferre minores ordines tribus regularibus Sancti Augustini à suis Superioribus ad hoc effectum demissis per privilegium Iulii 2. qui Prælati dictæ congregationis concedit ut habeantur pro benedictis, ita ut non incurrant pœnas, quæ in d. Sess. 23. cap. 3. & 10. & Sess. 14. cap. 2. habentur Congregatio Concilii censuit non ob stare, quod non sit benedictus, quia ex privilegio Iulii 2. habetur in omnibus pro benedictis, potuisse tamen conferre minores ordines dictis regularibus, ab ipso consensu Episcopi loci, ut habetur supra in cap. 10. Sess. 7. tamen incurrisse pœnam d. cap. 10. in fine, quia loquitur de concedentibus dimissorias. Item illud cap. 2. Sess. 14. quæ loquitur in Episcopis nullius, &c. Non item illud c. 8. quod loquitur quando sine testimonio Ordinarii, sed in pœnam c. 10. Sess. 7. eo quod sine licentia Ordinarii loci contulit ordines & licentia quatur, de Episcopo tamen Congregatio censuit multo magis potest locum in Abbate & cum simpliciter d. e. dicat suspensus ab exercitio Pontificalium, intelligi absolute, non autem per annum de quo d. d. cc. 2. & 8. sicque Abbas iste tantum erit suspensus ab exercitiis horum actuum, quos pontificali dignitate & autoritate exercere debent, nempe à collatione ordinis & similibus non autem censetur suspensus à divinis, quia uti religiosus sacerdos celebrare potest, & consequens erit, uti postea celebravit Missam, non ideo suspensus regularis, tamen indigeat rehabilitatione ad exercenda pontificalia à quibus fuit suspensus.

Concil. Tri-
cū declaro a
mauerit in d. in
Sess. 7.

CAPVT XI.

Congregatio Concilij censuit, facultatem remittendi interstitia *Astoricēsis*
Episcopo competentem, ex causis comprehensis in c. 11. & 14. *21. Aprilis*
Sess. 23. transire in Vicarium Capituli, sede vacante. *1597.*

Congregatio Concilij censuit, homines Religionis Illyricę, quam *Sebricen-*
uis Latini Idiomatis rudes, si tamen linguam Illyricam intelligant *sis 20 Sept.*
posse ad ordines promoueri, nisi Canonicum obstat impedimen- *1597.*
tum, non obstante cap. 11. Sess. 23. & constitutione sanctę mem. Sixti
Quinti.

Congregatio Concilij censuit, Episcopi Vicarium habentem ge- *5. Martij*
nerale mandatum in forma, posse absente Episcopo concedere di- *1597.*
missorias ad Ordines, atque item remittere interstitia, idē quan-
tum ad hoc pertinet, Oratores, nisi alud obstat, esse rite promotos,
sed ex eo, quod eodem die oratores minores Ordines susceperint,
ita demum esse male promotos, si regionis consuetudine receptum
non sit, vt ipsi minores Ordines eodem die conferantur.

Episcopi. An liceat Vicario Generali absente Episcopo suo, vti fa-
cultate concessa Episcopo in hoc decreto & in sequenti c. 13. circa
interstitia temporum ordinandorum. Congregatio respondit
pōtēro quod generalis vicarius habeat generale mandatum in for-
ma, posse.

Congregatio Concilij censuit, remissionem interstitiorum, etiam *31. Martij*
quoad Regulares, ex causis tantum à Concilio expressis faciendam *1597.*
pertinere ad Episcopum ordinantem eum, tamen hac in re debere,
quoad causas, deferre iudicio & attestationi superioris Regularis
Ordinandi.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum ita demum interstitia *31. Maij*
minorum Ordinum posse remittere, si ei magis expedire visum fue- *1597.*
rit, ceterum vbicunque sanctus esse putauerit illa remittere, quatuor
minores ordines non aliter potest eadem die vni conferre, quod si ita
in loco hodie consueuerit.

CAPVT XII.

Congregatio Concilij censuit, sufficere annum 25. fuisse cōptum, *7. Septembris*
vt quis ad presbyteratus ordinem, ceteris requisitis concurrenti- *1594.*
bus, promotiori possit.

Congregatio Concilij censuit eos, qui ad subdiaconatus ordi- *Valentina*
nem quatuor temporibus quadragesimę promoti fuerunt, posse an- *1. Febr.*
no subsequenti eisdem quatuor temporibus quadragesimę ad Dia- *1593.*
conatum promoueri, licet annus naturalis integer tunc lapsus non
fuerit, cum futuro anno Paschę festum celerius, quàm superiori ce-
lebratur.

CAPVT XIII.

Preterierint.] Quod si habent prebendas huiusmodi ordinati
quirentes, etiam si essent Sacerdotes placuit Congregationi
Diaconi & Subdiaconi in Missa solemniter ministrantes esse Sacerdotes,
dotes, melius esse, ut ipsi post vel ante Missam celebrent, quam
chanistiam solum recipiant de manu Sacerdotis.

CAPVT XIV.

AN obtinens parochiale beneficium ubique censendus sit
Aneus, & absque alia Episcoporum approbatione audire
confessiones tantum eorum, qui non habent huiusmodi parochiale
gium, sed ex Parochorum consensu. Respondit Congregatio
posse.

Nec Hierosolymitane militiae Sacerdotes, si Parochi non sunt
possunt audire confessiones, nec alia Sacramenta ministrare, nisi ab
Episcopo sint approbati. Ita responsum fuit Maltaensi Episcopo.

An saltem prouisus de parochiali Ecclesia per concursum certus
dus sit approbatus idoneus minister ad audiendas confessiones in
la diocesi, in qua illam parochialem obtinet.

Congregatio censuit censeri duntaxat in ea ciuitate vel oppido
ubi sita est Parochialis non autem passim per totam diocesim.

An eo casu dimissa parochiali, haberi etiam nihilominus debeat
idoneus, ut verbum in d. decreto *beneficium obtinent extendatur*
obtinuit. Congregatio respondit non haberi.

CAPVT XV.

30. Martij
1594.

Congregatio Concilij censuit, in Monasterijs ac etiam Collegijs
Regularium, ubi Regularia instituta seruantur, posse Prælatos
Regulares, siue aliorum religiosorum confessores absque licentia
Episcopi confessiones eorum secularium, qui sunt vere de familia
continui commensales, non tamen illorum, qui tantum delectantur
in Monasterijs audire, &c.

28. Aprilis
1594.

Congregatio Concilij censuit, Regulares Confessarios ad audien-
das secularium confessiones semel ab Episcopo in ciuitate, & in
cessi sua præuio examine approbatos, ab eodem Episcopo
non esse examinandos, verum etiam ab Episcopo successore illius
uo examinari posse.

Item Regularem, si ab Episcopo ad audiendas confessiones
late, & simpliciter idoneus repertus fuerit, non autem ad tempus
probari debere, atque semel ab eo ad id muneris præuio examine
probatum, non posse ab eodem iterum examinari, nisi noua causa
superuenerit.

Concilij Tri-
cū declarata
in materia

Congregatio
ntias
sone vigi-
sacramen-
eo, qui h-
Congre-
tores ex te-
si Sacram-
An Epi-
scorum Ec-
permissio-
ipsi sacra-
Congre-
Interdis-
stanto
voluntate
modi dubi-
de petend-
gatio v-
quod non
Etiam e-
sistat in di-
diacconi-
um.

Legami.]
Duo sub-
successiu-
gime con-
sularum &
pore contu-
u & pona-
latus ex se-
ele suspen-
andisse & fi-

Congregatio
ad Semi-

CAPI

CAPVT XVI.

Congregatio Concilij censuit, ius concedendi literas commendatitias, sine quibus ex decreto Concilij capite decimo sexto, Sessione vigesima tertia, Clericus peregrinus ad diuina celebranda, & sacramenta administranda admitti non debet, esse obtinendas ab eo, qui huiusmodi Clerici Ordinarius fuerit. *1 Julij 1597.*

Congregatio Concilij censuit, Episcopum posse admittere Sacerdotes externos, habentes literas dimissorias suorum Ordinariorum, ad sacramenta administranda, dummodo illi vere idonei sint. *29 Ianuarij 1594.*

An Episcopus loci Ordinarius prohibere possit, ne Regulares in Ecclesijs, sacerdotes seculares externos diuina officia celebrarent, nisi prius ab ipso Episcopo visis literis commendatitijs ipsi sacerdotes admissi fuerint. *12 Nouembrii 1594.*

Congregatio Concilij censuit posse. *Interdicatur.* An obrinens beneficium, illud dimittere potest accipiendo illud beneficium compatibile siue incompatible contra voluntatem Superioris primi beneficij. Congregatio censuit huiusmodi dubitationis solutionem non pertinere ad Congregationem competendam esse ex dispositione Iuris communis, quamquam Congregatio visa est inclinare cum Hostiensi in c. admonet de Renuntiatione non sit in usu.

Etiam exemptos subditos comprehendit decretum, dummodo sint in diocesi Episcopi non autem in locis exemptis. Nec Archidiaconi in eorum districtu Iurisdictionis habent hanc facultatem.

CAPVT XVII.

Bigami. An Episcopus sua autoritate ordinaria potuerit cum subdito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus & successiuis temporibus, quæ modo defunctæ sunt, matrimonium legitime contraxerat & consummauerat, dispensare vt possit primam mulieram & simplicia beneficia accipere, hæcque eidem conferre potuerit, & dato quod non potuerit, an aliquas & quas censuræ & penas incurret, tam Episcopus, quam sic promotus. S. D. N. Status ex sententia Congregationis respondit, quoad Episcopum esse suspensum ab executione ordinum susceptorum, beneficium concessisse & fructus perceptos non fecisse suos.

CAPVT XVIII.

Congregatio Concilij censuit, Canonicos ab Episcopo electos ad Seminarij administrationem ad præscriptum Concil. cap. 18. *1 Junij 1591.*

Yy 3

Scilicet,

Sess. 23. verſ. quæ omnia, eſſe perpetuos, nec poſſe amoveri, ſi ex iuſta, & legitima cauſa.

Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe Episcopum vniuerſali- nario ea beneficia, quorum collatio ad ſe pertinet.

Si bona in Diœceſi Troiana exiſtencia ſint propria aliquorum Ec- cleſiarum ibidem ſitarum, quæ tanquam membra ſubiectæ, aut ſub- iactæ ſint Abbatijs, & Monafterijs in alia Diœceſi exiſtencibus, Co- gregatio Concilij cenſuit, pro ſeminario ratione prælatorum bono- rum debere ſolui Episcopulo loci, in quo ipſa bona cum Episcopulo ſita ſint, niſi conſiterit bona fuiſſe prius applicata ipſis Abbatijs, & Mo- naſterijs, & deinde ad ſicatas fuiſſe Eccleſias, quia tunc contribu- tio pro ſeminario eſſet faciendæ Episcopulo loci, in quo ipſæ Abbatiæ & Monafteria exiſtunt.

Murani
21. Sept.
1591.
Troiana
29. Nou.
1592.

Capuana
16. Decemb.
1592.

Congregatio Concilij cenſuit, ſiſtractus, & redditus Capua- rum conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, quæ ſicut ſolent duntaxat diuinis perſonaliter intereſſentibus, non tenentur ad ſeminarij contributionem.

23. Ianuar.
1594.

Congregatio Concilij cenſuit, vniõnem ab Episcopulo factam ſe- minario abſque conſilio quatuor deputatorum, iuxta præſcriptum Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de Reformatione minime valere.

3. Martij
1594.

Congregatio Concilij cenſuit, in vniõnibus beneficiorum factis in diſtincto ſeminario, ſatis eſſe ſeruare formam traditam à Concilio ſeſſ. 23. de Reformatione, nec requiri conſenſum Capituli.

30. Martij
1594.

Congregatio Concilij cenſuit, titularem occaſione contribu- tionis per eum factæ ſeminario, non poſſe detrachere ex penſione, quæ ſoluitur, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, ad quam ipſe ſatis contribuuit.

18. Iunij
1594.

Congregatio Concilij cenſuit, ſuper Hoſpitali, quod acquiritur, neque in administrationem datur, ſed merè laicale eſſe, non poſſe taxam ratione ſeminarij imponi.

2. Auguſti
1596.

Congregatio Concilij cenſuit, Episcopos in taxis faciendis pro ſeminario poſſe, ſeruata tamen forma tradita à Concilio, c. 18. ſeſſ. 23. onerare beneficia, nedum in dimidia decima habito reſpectu ad po- ſſeſſorem, verum etiam in maiori, proviſi beneficiorum, & locorum habito reſpectu iuſtum & æquum viſum fuerit.

5. Martij
1597.

Congregatio Concilij cenſuit, non poſſe vniuerſalia beneficia ſeruari, ſi iuxta formam ipſius Concilij vniõnis tempore mutatio con- ſuetum fuerit, vtpote nec Magiſtris, nec ſcholaribus in eo adhibendis.

18. 1597.

Congregatio Concilij cenſuit, ſi Episcopos beneficia ſeruari ſeruata forma Concilij, ſeminario vniuerſi ante eorum vniõ- nem, etiam in mense reſeruato, vniõnem debere effectum locum.

14. Augu-
ſti 1597.

Congregatio Concilij cenſuit, decretum cap. 18. ſeſſ. 23. non com- prehendere ſcholatrias exiſtentes in loco, in quo prius erigendum eſt ſeminarium.

Concilij Tri-
centi declarata
manentia
1597.

Co-
bus op-
minari-
tem Ca-
do dece-
Non-
Concilij
uand-
Semina-
diori m-
Co-
&
uis Par-
monio
actum
Con-
premiſ-
A. cu-
per ver-
monore
ſtato co-
& copu-
verum
tum: Et
cho, &
non po-
detur
ſtenda
monij
ſtibus,
habuit
cilium
to, ſed
Cor-
valere,
tur. Sec-
deudur-
randos
Cor-
Paroch-
Co-
Sacerd-
valere

Congregatio Concilij censuit, de cetero ad obuiandum fraudibus oportere decerni, vt non possint etiam ante vacationem vni seminario beneficia, quæ obtineant personæ, quæ vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, vt quocumq; modo decedant, certum sit ea fore affecta sedi Apostolicæ.

Nonnullis Episcopis conquerentibus de paupertate Seminarij ex Concilij taxa. S. D. N. respondit ex sententia Congregationis seruandum esse decretum Sanctæ Mem. Pij V. & nisi possint erigere Seminarium iuxta formam Concilij, instituunt scholam ex commo-
diori modo, quo potuerint.

Sess. 24. De Reformat. Mat.

Congregatio Concilij censuit, Matrimonium coram Parocho & testibus contractum, nisi aliud obstet, validum esse, quamuis Patochus inuitus interfuerit, & alia de causa, quam vt Matrimonio interesset à contrahentibus accessus fuerit, dum tamen ad actum Matrimonij vere, & formaliter fuerit adhibitus.

Congregatio Concilij censuit, matrimonium contractum non præmissis denuntiationibus, nisi aliud obstet, irritum non esse. A. cum N. coram Parocho, & testibus contraxit Matrimonium, per verba de præsentibus, sed hac ramentum conditione inquit A. si id saluo timore meo fieri potest, & si fratribus meis placuerit, deinde non expectato conditionis euentu copulam habuit cum N. effectu maritali, & copulascitur iam à multis: Quæritur, An per hæc sit iam firmatum verum matrimonium de præsentibus, nec oportet expectare conditionis euentum? Et ratio dubitandi est, quoniam contractus ille coram Parocho, & testibus, cum fuerit per appositam conditionem suspensus, non potuit habere vim Matrimonij rati de præsentibus, sed sponsalium de futuro, & copula cum effectu maritali subsequuta, quamuis ostendat, recessum fuisse à conditione, tamen non sufficit ad Matrimonij veritatem, nisi de præsentibus contrahatur coram Parocho, & testibus, qui interfuerunt quidem contractui antea inuito, sed qui non habuit vim Matrimonij de præsentibus, sed sponsalium de futuro. Concilium autem Tridentinum videtur exigere, vt non solum de futuro, sed etiam de præsentibus, coram Parocho, & testibus contrahatur.

Congregatio Concilij censuit, in casu proposito Matrimonium valere, nec requiri, vt de nouo coram Parocho, & testibus contrahatur. Sed S. D. N. Clem. VIII. mandauit isti casui tantum esse respondendum, cæteros autem casus iuxta qualitates ipsorum esse considerandos.

Congregatio Concilij censuit Matrimonium contractum coram Parocho non sacerdote valere.

Congregatio Concilij censuit, Matrimonium factum coram Sacerdote à proprio parocho deputato, & coram testibus utique valere.

22. Febr.
1601.

Vlixbonæ
19. Aug.
1591.

Mediolanensis
23. Sept.
1591.
Venetæ
20. Octob.
1592.

Abulensia
1. Decemb.
1593.
28. Ianua.
1594.



3. Martij
1594. Congregatio Concilij censuit, Matrimonium factum coram Parocho denunciato excommunicato utique valere.
1. Ian. 1594. Congregatio Concilij censuit, matrimonium contractum non adhibito Parocho & testibus, esse nullum; item censuit sponsaliaque verba de futuro post contractum per copulam subsequantur non transire in matrimonium.
16. Febr.
1595. An validum censeri debeat matrimonium celebratum in Parochia mulieris coram sacerdote habente licentiam à Parocho viri & præsertim cum parochia viri, & mulieris sint in diversis Diocesis constituta?
- Omnes fuerunt eius sententiæ, ut matrimonium celebratum coram sacerdote de licentia Parochi viri, in parochia mulieris, etiam in diversis Diocesis ipsa Parochia constituta sint, valeat.
30. Decem.
1596. Congregatio Concilij sæpius declaravit, sponsalibus per verba de futuro contrahendis, nullam formam præscripsisse Concilium, ideoque eo modo contrahi posse, quo poterant ante ipsum Concilium.
13. Ianuar.
1594. Congregatio Concilij censuit, sponso & sponsa licet corrupti vel corruptæ in primis nuptijs esse impediendam benedictionem.
11. Augu.
1595. Congregatio Concilij censuit, consuetudinem ab his quorum nuptiæ benedicuntur, aliquid recipiendi, demum esse observandam, si ab initio pro fidelium voluntate nulla exactione, aut compulsionem fuerit introducta, & nec etiam à sponte dantis quocumque recipiatur; antequam benedictionem sacerdos libere impertitus.
- An sit pro matrimonio iudicandum si duo contraxerunt ex libere viriisque consensu coram Parocho alieno, propterea quod vel unus Parochus esset publicus hæreticus, vel profugus quia Ecclesia parochialis carebat suo rectore, S. D. N. Gregorius 13. ex sententia Congregationis declaravit iudicandum esse contra matrimonium, posse tamen eos iterum valide contrahere coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de consensu Ordinarij, nisi tamen ad sit aliud legitimum impedimentum.
- Quid de prole suscepta in matrimonijs clandestinis, si ea dissolvi debeant, sit statuendum. Congregatio Concilij censuit illegitimum esse, nisi iterum contracta sint matrimonia servata forma Concilij aliter valide.
- Qui clandestine contraxerunt possunt si pariter discesserint, invicem se disungere, licet consummauerunt, & aliquamdiu copulauerunt; sed graviter arbitrio Ordinarij sunt puniendi, sed non inhabiles ad contrahendum cum aliis, nec possunt cogi ad iterum contrahendum servata forma Concilij nisi sponsalia per verba de futuro cum iuramento contraxissent, tunc servandum ius commune.

Concil. Tri.
cū declarata
maneat in
iura

Præsupposito quod rector habeat parochianos in duabus diocesis & quidem in vna ipsarum Ecclesia parochialis eum maiori parochianorum parte existat, in altera sit domus rectoris, in qua domo modo ipse, modo eius Capellanus residere consuevit: si alienus Sacerdos absque debita licentia parochianos eius matrimonio coniunxerit, ac propterea in suspensionem incidit ex Concilio Sess. 24. c. 1. de Reform. Matr. vers. quod si quis parochus, an absolutionem obtinere debeat ab Ordinario in cuius diocesi habet domum propriam; maxime si parochiani sic coniuncti fuissent eiusdem diocesis. Congregatio censuit, absolutionem huiusmodi spectare ad Episcopum Forosemprensem, cuius diocesis esse dicuntur sponsi sic matrimonio coniuncti, & non ad Episcopum Senogalensem, cuius diocesis erat Sacerdos, qui coniunxit.

An sit matrimonium, si duo contrahunt per verba de presenti proptio parochio presente, & aliis requisitis non omittis: cui contractui parochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forsan conuiuij, aut confabulationis, aliud tractandi causa adesset, audit huiusmodi contractum fieri, & postea alter contrahentium velit ab huiusmodi contractu ratione huius defectus rescire. Respondit Congregatio posse nisi alia interueniant, quæ parochum à contrahentibus adhiberi fuisse arguant, qui diceretur adhibitus vt supra, quamuis ex alia causa erat vocatus, dummodo sit adhibitus vt supra, quamuis et alia causa ad illum actum.

Statuitur de benedictione.] Petenti an ob difficultatem exigendi id, quod parochio debetur ante benedictionem ex laudabili consuetudine, possint cogi coniuges ad illud deponendum, contra Abb. in c. ad Apost. num. 2. & 4. in fin. Congregatio respondit petitioni indignæ non esse respondendum.

Qui alias quam presente Parocho.] Verba hæc sunt intelligenda adhuc ad sacerdotium non promoti, nempe quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi à iure ad faciendum se ad illud promoueri, iuxta Text. licet Canon. de Elect. in 6. & ita fuit in Congregatione resolutum & S. D. N. Clemens VIII. approbauit hanc resolutionem.

CAPVT II.

Congregatio Concilij censuit, speciem cognationis spiritualis *10. Aprilis*
 inter susceptum de sacro fonte baptismatis, & filium filiamve *1598.*
 accipientis esse sublatam Decreto Concilij cap. 2. Sess. 24.
 Congregatio Concilij censuit, eum, qui tanquam testis solum- *5. Martij*
 modo interfuit baptisati filij N. neque suscipit, leuauit, vel aliud *1597.*
 simile ministerium præstitit, nullam propterea contraxisse cognationem spiritualem, ideo enim N. nisi aliud impedimentum obstiterit, uxorem ducere posse, & in sic contracto matrimonio debere persequere.

TAVRACO-
PENSIS 29-
Septembr.
1593.

Congregatio Concilij censuit, cognationem ex confirmacione
ortam, quæ dirimat matrimonium postea contractum, contra so-
lummodo inter confirmantem, & confirmatam, illiusque Patrem,
& Matrem, & tenentes.

4. Decem-
bris 1597.

Congregatio Concilij censuit, si tempore Matrimonij cognati-
inter N. & Martham, in ætate minus legitima, malitia ætatis defectu
in Marthæ suppleuisset, ex eo vtrinq; non consummato ortum esse
impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, quod fornicus vinculum
est, quam id, quod prouenit ex sponsalibus de futuro, quod si mal-
itia ætatis defectum non suppleuit, huiusmodi Matrimonium, in mo-
do forma seruata Concilij contractum fuit, resolui in sponsalia de
futuro, ex quibus etiam oritur vinculum publicæ honestatis iustitiæ,
licet debilius, quam illud, quod inducitur ex Matrimonio ratiõne
consummato: itaq; vtroq; casu, vt N. cum sorore Marthæ matrimo-
nium contrahere legitime queat, opus esse Apostolica dispensa-
tione.

21. May
1601.

Congregatio Concilij censuit, sponsalia per verba de futuro con-
trahi posse, quandocunque ante contractum matrimonium, per ver-
ba de præfenti mutuo contrahentium consensu dissolui, atq; vbi
dissoluta fuerint, nullum hodie induere impedimentum.

CAPVT III.

Vbi sponsalia. Scilicet per verba de futuro, non autem de præ-
fenti: ita esse intelligendum declarauit Pius V. in quadam Bulla
data Kal. Jun. 1568. dispositio etiam huius decreti renouatur per
supra in præcedenti decreto de cognatione spiritali dictum fuit
ea declarauit Gregorius XIII. ex voto Congregationis.

Quæcumq; ratione valida non erunt. Si sponsalia soluantur de
sensu. Congregatio censuit esse valida.

Præsupposita declaratione per constitutionem Pij V. super hoc de-
creto censuit Congregatio orti impedimentum iustitiæ publicæ
honestatis ex sponsalibus per verba de præfenti etiam nullum con-
tractis, omiffa forma decreti Concilij Trid. c. 1. huius Sess.

Sponsalia de præfenti ante ætatem etiam vnius secuta carnalis
copula, non transeunt in matrimonium.

Item Congregatio censuit, ex matrimonio per verba de præfenti
copula non secuta, non oriri affinitatem remanere tamen impedi-
mentum hoc vltioris gradus ex declaratione Pij V. sub die 22. Julij
1568. & ita etiam fuit decretum per Congregationem 27. Aprilij
1588. & de ordine Sanctissimi præter Cardinales interfuerunt omnes
priores ordinum & tres Reuerendissimi.

An ex matrimonio contracto per verba de præfenti non con-
summato oriatur affinitas vel impedimentum iustitiæ publicæ
onestatis.

Concil. Tri-
cū declarauit
matrimonium
ratiõne

Congregatio respondit non esse impedimentum affinitatis, sed impedimentum iustitiæ publicæ honestatis & fortius & maius vin- culum, quam impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ex spon- salibus de futuro, & hoc Concilij decretum non loquitur de hoc im- pedimento sed de illo tantum ex sponsalibus de futuro ex quibus gradus istius impedimenti colligitur non intelligi ad primum gra- dum redactos, sed tantum illos qui contrahunt ex sponsalibus de futuro, vt per Bullam felicis recordat. Pij Quinij, sub datum Romæ.

CAPVT IV.

Congregatio Concilij censuit, affinitatem superuenientem etiam per illicitum coitum dissoluere sponsalia, quæ fuerint contra- cta de futuro, & peracta pœnitentiâ, vel parte illius posse incestu- osum ab Episcopo dispensari, vt cum alia contrahat.

*Angloru-
sis 26. Au-
gusti 1592.*

Congregatio Concilij censuit, scribendum Episcopo, potuisse Io- annem Antonium Oratorem mortua eius prima vxore, accipere in vxorem Ioannam licet fuerit vxor Angeli, qui tertio aut quarto con- sanguinitatis gradu, coniunctus erat cum Diamante prima vxore Oratoris, cum tantum affinitatis genus sublatum fuerit, ideo decla- randum impedimentum huiusmodi hodie non obstare.

*Capua-
quensis 16.
Decembris
1593.*

Congregatio Concilij censuit, affinitatem ex illicita copula pro- uenientem restrictam esse ad secundum gradum decret. Concilij ca. 4. Sess. 24. de Reform. Matrim.

*19. Decem-
bris 1596.*

Congregatio Concilij censuit, ad dignoscendum, an subsit impe- dimentum affinitatis prouenientis ex fornicatione, attendendū esse gradum remotiorem, ideoque quemadmodum inter eos, qui tertio gradu affinitatis ex fornicatione procedentis coniunguntur matrimo- nio post concilium, quod huiusmodi impedimentum ad primum & secundum gradum restrinxit, licite contrahitur: ita etiam contrahi potest inter eos, qui simul secundo, & tertio gradibus, huiusmodi af- finitatis ex fornicatione inductæ coniunguntur: item censuit omis- sionem à denuntiatione non reddere matrimonium nullum.

*Die 31.
Martij
1597.*

In matrimonio contracto inter hæreticum & Catholicum & de conuerso qui essent aliquo gradu cognationis vel affinitatis con- iuncti, quamuis pro istorum parte supplicaretur, qui tamen etiam legitimo impedimento cessante Catholicus cum hæretico contra- hente non potest, licet contractum valeat, iuxta glossam communiter receptam in c. cum oportet 28. quæst. 1. nullo modo videtur dispen- sandum, ne huiusmodi exitialibus matrimoniis sedes Apostolica authoretur, quia potius partes Ordinarii sunt, talia matrimonia ir- rita & nulla declarare & Catholicis matrimonia contrahendi legiti- mam cum Catholicis licentiam & fauorem impetrare, inuocato au- ctorio brachii sæcularis.

Ancæ

An ex claufula illa, ex qua uis matrimoniali difpenfatione rapti folita, uidelicet, dum modo propter hoc mulier rapta non fuerit, poffit Ordinarius denegare executionem matrimonij, fi rapta cum raptore feparata nõ fuerit & in loco tuto & libero conftituta raptorem habere in uirum confentiat, prout requiritur decreto Concilij.

Congregatio cenfuit, difpenfationem effe fubrepticiam: ideo Epifcopum debere executionem matrimonij denegare.

An Ordinarius poffit denegare executionem obtente difpenfationis, donec raptor decenter Iudicis arbitrio raptam deponat, iuxta decretum prædictum. Congregatio Concilij cenfuit, Epifcopum executionem legitime difpenfationis denegare poffe, donec raptor effectualiter raptam decenter dotauerit iuxta præfens decretum Concilij.

CAPVT VII.

Congregatio cenfuit, ideo non uideri matrimonium nullis quæ fuerunt prætermiffa ea, de quibus in hoc decreto.

CAPVT VIII.

Iudices faculares. Non poffunt inhibere Iudicibus Ecclefiafticis, ut feruetur forma trium admonitionum. Decretum de eijciendis mulieribus, non intelligitur de uitis.

CAPVT IX.

Præterea ab aduentu D. N. Iefu Chrifti, ufque ad diem Epiphaniæ & à feria quarta cinerum, ufque ad octauam Pafcaris, conuulſionum, nuptiarum, folemnitates, traditiones ad domum & carnalem conuulſionem decret. Conc. primo cap. Sefſ. 24. de Reform. Matrim. prohiberi, fed matrimonium coram Parocho, & teftibus, eo tempore celebrari poffe.

Sefſ. 24. De Reform. 66.

CAPVT I.

19. Decembris 1596.

Congregatio Concilij cenfuit, Commendatarios Abbates & Monachos, nullo Concilij decreto ad refidentiam adstringi, neque fi non refident penitus ab eo in non refidentes conftituti certari.

Ianiuarij 1597.

Congregatio Concilij cenfuit, Regulares in Ecclefiis fuorum ordinum prædicare uolentes, non teneri ab Epifcopo licentiam debere, fed tantum à fuis fuperioribus de uita, moribus, & fcientia examinari, & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum eo

Concilij Tri-
cū declarata
maneat in
hunc modum

personaliter coram Episcopo presentare, ab eoque petere benedictionem, tamen si eam minime obtinuerunt.

C A P V T H.

Congregatio Concilij censuit, Regulares, qui subduntur Capitulis generalibus, non posse cogi ab Episcopo ad interessendum Synodo, nisi tantum in casu expresso *cap. 2. Sess. 24. De Reform. 26. Augusti 1594.*

Congregatio Concilij censuit, electionem Synodi Prouincialis factam a prædecessore, ligare etiam successorem: item non teneri venire ad Conc. Prouinciale, alios exemptos, quos, qui de iure, vel consuetudine interesse debent: sed Capitula Cathedralium particulariter esse iouitanda. *6. Aprilis 1595. 19. Aprilis 1596.*

Præterea ad obseruationem decretorum Concilij Prouincialis omnes esse obligatos, qui Episcopali iurisdictioni subduntur, atque item exemptos in casibus, in quibus à iure communi, & Concilij decretis specialiter Episcopis, aut Concilio Prouinciali in ipsos potestas tributa est, contra inobedientes autem iuris remediis esse procedendum.

Item Abbates Commendatarios Capitulum deputatos, vocem duntaxat consultiuam in Concilio Prouinciali habere: Episcoporum vero Procuratores posse etiam decisiuam habere si Concilio Prouinciali placuerit, cæterum Laicos, qui inuitati ad Synodum Prouincialem interesse possunt, in ea uorum duntaxat consultiuorum habere.

Congregatio Concilij censuit, capitula collegiarum, quasi Episcopalem iurisdictionem habentia ad Synodum Prouincialem esse seruanda. *19. Decembris 1596.*

C A P V T III.

Congregatio Concilij censuit, obtinentem legitime præbendam & Parochialem ante Concilium; posse post Concilium utrumque beneficium retinere, dummodo in Parochiali resideat. *28. Aprilis 1594.*

Hoc caput dum de subministrandis victualibus disponit, non habere locum in uisitatione Cathedralis Ecclesiæ censuit Congregatio.

Congregatio censuit, munera nulla posse accipere, sed victualia tantum, vel eorum loco procuratorum si uisitati ita elegerint. Congregatio censuit, nullum certum tempus à Concilio fuisse præscriptum intra quod reueatur Episcopus suam uisitationem concludere, sed relictum eius arbitrio, quod tamen debet esse moderatum & discretum.

Episcopo sibi petente declarari, quem ordinem debeat habere Episcopus cum suo Capitulo, an cum Notario vel sine, vel cum iuramento, ne detur occasio litibus & sumptibus, Congregatio respondit

dit seruandum esse eum ordinem quem constituit decretum Concilij Sess. 6. cap. 4. & Sess. 21. cap. 6. Si modo Capitulum sit con-
ptum ab Ordinario quod si illud subiectum sit, tunc seruetur
ordinem positum presentij cap. vbi de Notario & dispositionibus
de actis expresse dispositum est.

An Episcopus constituere possit suum Archidiaconum ad in-
tationem expediendam, & prescribere comitatum & equitatem
ne oneri sit Ecclesijs, quas visitaerit. Congregatio respondit pla-
se.

Congregatio censuit, licuisse Archiepiscopo Tranenfi in adu-
sitationis Ecclesie Sancti Iacobi Ecclesie exemptae exquirere obli-
lius Ecclesie clericis titulos beneficiorum & dimissorias, quarum
virtute fuerint ordinati, nisi aliter idem Archiepiscopus exquirat
& viderit, posse item compellere ad exhibendas huiusmodi dimis-
sorias & titulos.

Pensionarius non tenetur contribuere pro mercede conciona-
tis, presertim vbi est consuetudo, quod populus talem impensam
care soleat.

Pensionarij nulla ex parte contribuere debent pro mercede qua
predicatoribus soluitur.

Decretum Clementis II. de sepult. de hora predicandi quod in-
gulares possint predicare populo verbum Dei, hora illa dumtaxat
excepta, in qua locorum Praelati voluerint vel coram se facere solen-
niter predicare. S. D. N. respondit non esse in vfu.

An vigore huius cap. teneatur Ordinarius prohibere regularios
ne in Ecclesijs suorum Ordinum predicent, causam allegare, aut
stificare, & quz legitima censeatur. Congregatio censuit, non
neri.

CAPVT IV.

11. Iunij
1596.

Congregatio Concilij censuit, esse in electione Episcopi vel
putare in sua Cathedrali Predicatore, etiam quod populus
lum ab immemorabili tempore eligere consueuisset, vel presentia
nominationem ipsi populo relinquere, ita vt si Episcopus Predi-
torem eligat, populum ad Eleemosynas Predicatori erogandas
compellat, verum si populum predictum facultate eligendi Predi-
catorem vti permiserit, tunc populum ad solitas Eleemosynas pro-
standas Episcopus cogere poterit.

Die 4. Se-
ptembris
1597.

Congregatio Concilij censuit, in alijs Ecclesijs quam Catho-
dralibus non esse sublatam consuetudinem immemo-
rabilem presentandi, vel nominandi pro
eis Predicatore Episcopo.

Concilij Tri-
cū declarata
in iudicio
magna

Con-
sils ben-
cilij ca-
Abf-
perper-
notori-
boocce-
Abb.in
sunt &
Idem
ficio in-
runt ab-
cepta p-
nis ben-
sufficit
Item
legitim-
tate, q-
ti, quia
mam z-
abfoluti-
Con-
nes-
ibus, &
Cong-
rij ad sol-
nem aut
Cong-
Concilij
rorem it-
bendum
vnienda-
Cong-
stopum,
in quatu-
penitenti-
ante Con-
Cong-

CAPVT VI.

Congregatio Concilij censuit eos, qui non obtinent dignitates, *Nullius in*
 nec sunt de Capitulo, & in Cathedralibus vel Collegiatis Eccle- *Augusti*
 siis beneficia obtinent, proprie comprehendere Decreto eiusdem Con- 1599
 cilij cap. 8. Sess. 24. vers. qui vero.

Absolutus vel dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti
 perpetrati coram duobus vel tribus testibus, quod tamen non fuit
 notorium non est tutus in conscientia, quia Concilium videtur ver-
 bo occultis, quod proprie loquendo dicitur quod probari non potest.
 Abb. in c. vestra de cohabit. Cleric. eo quod duo testes probare pos-
 sunt & verba Concilij secundum proprietatem sunt accipienda.

Idem respondit de illis qui occasione dictorum occultorum ab of-
 ficio inquisiti, sed quia non potuerunt delicta probari, rei ipsi non fue-
 runt absoluti nec definiti nec alio modo, sed simpliciter dimissi re-
 cepta promissione de se presentando: non posse istos vti huius cano-
 nis beneficio, quia causa fuit deducta ad forum contentiosum, sicq;
 sufficit sola deductio, quidquid inde sequitur.

Item Congregatio censuit, si is clericus peruenit iam ad ætatem
 legitimam, posse Episcopum cum illo dispensare tam super irregula-
 tate, quam super suspensione ex delicto tamen occulto provenien-
 ti, quia se fecit promoueri non in ætate legitima, si necdum ad legiti-
 mam ætatem peruenit Clericus Episcopum non posse, sed petendam
 absolutionem à Sede Apostolica.

CAPVT VIII.

Congregatio Concilij censuit, Pœnitentiarium dum confessio- *Giennensi*
 nes audit, in Ecclesia esse presentem, etiam in processio- *4. Septem-*
 nibus, & orationibus. *bris 1591.*

Congregatio Concilij censuit, institutionem officij pœnitentia- *23. Iunij*
 rij ad solum Episcopum absq; consensu Capituli pertinere, collatio- *1594.*
 nem autem præbendæ pœnitentiariæ vniuersæ ab illo fieri debere.

Congregatio Concilij censuit, pœnitentiarium ad præscriptum *31. Maij*
 Concilij institutum ante vacationem præbendæ ei officio vniuersæ, neq; *1596.*
 vocem in Capitulo, neq; in choro sibi vindicare posse, minusq; ha-
 bendam interim esse pro Canonico, præbendam autem ipsi officio
 vacandam integram, atq; Canonicalem esse debere.

Congregatio Concilij censuit, si collatio sit communis inter Epi- *Ianuarij*
 scopum, & Capitulum, & vacatio præbendæ pœnitentiarij contingat *1597.*
 in quatuor mensibus inferiorum collatorum, electionem personæ
 pœnitentiarii ad Episcopum, & Capitulum simul, quemadmodum
 ante Concilium, pertinere.

Congregatio Concilij censuit, pœnitentiarium non posse absol- *17. Iulij*
 uer. *1597.*

vere à casibus Episcopo referuatis, nisi Episcopus ipse hanc ei tribuit facultatem.

1. Martij 1598.

Congregatio Concilij censuit, & declarauit, penitentiarum Episcopo ad præscriptum Concilij institutum teneri officium curæ, etiam ante vacationem præbendæ ipsi officio vni.

12. Februarij 1601.

Congregatio Concilij censuit, tam Theologi, quam Penitentiarij præbendam, etiam postquam est effectum sortita, non habere optioni.

7. Iunij 1601.

In Cathedrali Vertellenfi sunt 24. Canonici, quorum duodecim ex designatione Episcopi sunt Sacerdotes, sex Diaconi, & alij sex diaconi.

Ex consuetudine illius Ecclesiæ Canonici habent duplicem optionem, alteram Præbendæ temporalis. Nam Canonicus retento titulo optat Præbendam temporalem vacantem alteram tituli. Nam inferioris ordinis Canonici optant titulos ordinis superioris, & in Diaconus potest optare titulum sacerdotalem Canonici Sacerdotis defuncti.

Fuit dubitatum an præbenda penitentiarij defuncti possit optari & Congregatio respondit non posse.

Nunc quæritur, an ordo Sacerdotalis, cuius erat Penitentiarium possit optari à Canonico ordinis inferioris, adeo, vt præbenda Penitentiarij debeat postea obtineri à Canonico ordinis inferioris.

Congregatio Concilij censuit, non posse.

In omnibus Cathedralibus. Congregatio censuit, hoc decretum intelligi tantum de Cathedralibus, & in alijs Ecclesijs Collegiatis non habere locum. Item Penitentiarium teneri confessionarium in Ecclesia, alijs priuari posse.

Congregatio Concilij censuit, defectum ætatis 40 annorum non obstat vbi alias aptior pro loci qualitate non reperitur.

Præsupposito iuxta decisionem Congregationis alias editam, an Canonice ex consuetudine Ecclesiæ in eadem obtinere dignitatem, an obrinens Canonicatum, cui post Concilium institutum munus penitentiarij possit vigore dicte consuetudinis obtinere dignitatem in eadem Ecclesia: Congregatio censuit, non posse.

CAPVT IX.

4. Decembris 1597.

Congregatio Concilij censuit sapius, Ecclesias secularibus Cus Dioceseos, quantumcumque exemptas, & sedis Apolloniam immediatè subiectas, earumque Prælatum seculari habere eas iurisdictionem quasi Episcopalem, posse ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, vti a tati vigore decreti capite h. Sess. 24.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum legitime impeditum posse ex facultate sibi à Conc. Trid. tradita in hoc c. 9. Sess. 24. Ecclesias quæ nullius diocesis sunt, per suum Vicarium generalem visitari.

Concil. Tri.
cū declarauit
maneat in
mora

CAPVT X.

IN eadem materia correctionis vbi Episcopus etiam sine processu & sine scriptis carcerat subditos & diu tenet carceratos, potest Metropolitanus cognoscere de pretenso excessu in corrigendo, si carcerati appellauerint ad eum; & dummodo interim non impediatur aue suspendat executionem eorum qua ab Ordinatio decreta fuerunt, vt hic & Sess. 22. c. 1.

Fuit dubitatum an Episcopus visitans possit allegari suspectus, & fuit resolutum die 6. Octobris 1588. quod non possit, si voluerit visitare ad correctionem & non compilato processu, quo casu non potest infligere pœnam ordinariam: Sed si voluerit visitare compilato processu & imponere pœnam ordinariam fuit dictum quod sicut in isto casu dabatur appellatio de iure, ita etiam poterat allegari suspectus, nam c. istud non habet locum in tali casu, nempe quando non compilato processu & ad pœnam ordinariam Episcop. precebat.

CAPVT XII.

Congregatio Concilij censuit, scribendum ad nuntium Hispaniarum, ei, qui professionem fidei non emisit, possessionem non suffragari, quo ad fructus faciendos suos tantum, quoad cæteros autem effectus commodo possessionis, & cæteris iuribus, si qua habet non priuari. 2. Septembris 1591.

Congregatio Concilij censuit, non licere Capitulo aliquo præterito distributiones quotidianas donare, aut remittere alicui, qui ab Ecclesiæ seruitio absuerit, quin imo eum, qui illas receperit, teneat ad earum restitutionem, nec illas suas facere posse. Oxonienfis 12. Nouembris 1591.

Congregatio Concilij censuit, statutum excludens à perceptione fructuum, & distributionum quotidianarum eos Canonicos, qui nouem menses integros Ecclesiæ non inseruierint, non habere locum quo ad Canonicum, per quem non stetit, quo minus toto requisito tempore inseruierit. Sarzanensis 6. Iulij 1592.

Congregatio Concilij censuit, cap. 12. Sess. 24. in ea parte, in qua dicitur, quod omnes Canonicatus debeant habere annexum ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus, non comprehendere Canonicatum iuris patronatus laicorum, ante Concilium fundatum, in cuius foundationis limine fuerit appositum pactum, quod descendentes à fundatore possent dictum Canonicatum obtinere, licet non sint sacerdotes, neque in sacris ordinibus constituti, sed tantum simplices Clerici, donec deueniant ad ordinem sacerdotalem. Ideo in hanc sententiam etiam danda literæ ad Vicarium Placentinum, coram quo casus hic contingit. Placentinensis 29. Nouembr. 1592.

Zz

Con.

2. *Februarij* 1593. Congregatio Concilij censuit, neq; Episcopum, neq; Capitulum debere exigere rationem redditionis administrationis, tempore quæ recitantur horæ Canonice, & diuinæ celebrantur.
- Calag. 19. *Iulij* 1593. Congregatio Concilij censuit, minime potuisse Episcopum bene tuere, vt Decanus primam obtinens dignitatem in Ecclesia Collegiata sanctæ Mariæ, teneatur contra consuetudinem dictæ Ecclesie insecutare in Diaconi officio sacerdoti celebranti, nisi Decanus ipsa dignitatem Decanatus obtineret in eadem Ecclesia etiam præbendam onus hoc cauendi Euangelium annexum habentem, cuiusmodi ad onus prædictum etiam subeundum cogendum fore.
28. *Aprilis* 1594. Congregatio Concilij censuit, in obtinente dignitatem vultu habentem principaliter curam animarum, sed tamen per vicarium Parochianum, quæ ipsi dignitati accessoria sunt vitæ, non recipi, vt attigerit viginti annorum.
25. *Octobr.* 1594. Congregatio Concilij censuit, quod si quis indebite conditus fuerit in carcerem, vtique distributiones quotidianæ ei debeantur pariter censuit, quod fructus massæ grossæ tamdiu detentari, quamdiu per sententiam non consistit, iuste illum in carcere detineri.
13. *April.* 1595. Congregatio Concilij censuit, prouiso de dignitate, vel Canonatu, qui fidei professionem non emisit, possessionem ad fructus faciendos suos minime suffragari.
18. *April.* 1595. Congregatio Concilij censuit, docentes Ius Canonicum in publica vniuersitate, prouilegijs de percipiendis in absentia suarum præbendarum fructibus gaudere, & potiri, quamuis præbendæ non obtinent, sitæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis, in qua publicæ lectoris munere funguntur.
2. *Iunij* 1595. Congregatio Concilij censuit, duos ex Canonicis, qui inchoantes Episcopo à chori seruitio absunt, lucrari quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas.
8. *Iunij* 1595. Congregatio Concilij censuit, à mandato de residendo in ratione edicto non dari appellationem ad effectum suspensionis, sed de uoluntate tantum.
27. *Aprilis* 1595. Congregatio Concilij censuit, illa verba Concilij, quæ habentur in cap. 12. Sess. 24. eiusdem Concilij, videlicet possessiones non habentibus, intelligenda esse, quo ad fructus percipiendos, & facientes suos, ideoq; omissionem professionis fidei non priuare Canonicos supra narratis possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in titulo, & ius procedendi à die adeptæ possessionis habere, nisi aliter fuerit, quamuis professionem fidei minime emisent.
13. *Septem.* 1595. Congregatio Concilij censuit, Canonicum absentem fructibus causa percipere quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas, quod si in huiusmodi distributionibus omnes redditus consistant, percipere etiã distributiones de mra tenentibus

Concilij Tri-
cū declarata
maneat in
mora

quæ inferuentibus accrescit, nullo autem casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones missis, aut defunctorum anniuersarijs applicatas.

Congregatio Concilij censuit, Canonicos Episcopum in visitatione comitantes, percipere quidem debere fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas in illis Ecclesijs, in quibus fructus præbendæ sunt distincti à quotidianis distributionibus, vniuersi Capituli redditus consenti percipere debere ipsas distributiones dimissa tertia parte, quæ inferuentibus accrescit, verum huiusmodi dictis de causis absentes nullo modo posse percipere elemosynam pro anniuersarijs vel missis relictam, aut elargitam, nisi ipsi Ecclesiæ per leuitium præstiterint.

5. Decembris 1596.

Congregatio Concilij censuit, Canonicum in publica vniuersitate lecturam in scripturam legentem debere vtique, etiam si non resideat, percipere fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas, quod si omnes redditus Capituli huiusmodi distributionibus consent, debere percipere distributiones, dimissa altera ex tribus partibus, quæ inferuentibus accrescit.

27. Febr. 1597.

Congregatio Concilij censuit, nullam requiri Episcopi licentiam, vt Canonici tribus mensibus præmissis à residentia abesse possint.

9. Martij 1597.

Congregatio Concilij censuit, decret. cap. 12. versusulo distributiones, Sessione 24. sublatam esse consuetudinem percipiendi distributiones in absentia, etiam immemorabilem.

1. Iulij 1597.

Non licere Canonicis prætextu immemorabilis consuetudinis ultra tres menses quotannis ab ecclesia abesse, neque eorum tempore posse absentes distributiones quotidianas percipere, quippe quod huiusmodi immemorabilis consuetudo vtroque casu sublata est decret. cap. 12. Sess. 24.

17. Iulij 1597.

Congregatio Concilij censuit, ad obtinendum in Cathedrali Canonicatum, cui est annexus ordo Subdiaconatus, sufficere, quem esse constitutum in tali ætate, vt intra annum possit promoueri ad Subdiaconatum.

18. Decembris 1597.

Congregatio Concilij censuit, distributionem Ordinum in Ecclesia Cathedrali, non adhibito Capituli consilio, quemadmodum Concilium mandat decret. cap. 12. Sess. 24. esse nullam.

2. Ianuar. 1598.

Congregatio Concilij censuit, minime esse necesse, Archidiaconos, qui cura animarum omnique profus iurisdictione carent, nullique ex Archidiaconatu fructus percipiunt, esse præditos qualitatibus, quæ habentur ex c. 12. vers. Archidiaconi, Sess. 24.

10. Aprilis 1598.

Congregatio Concilij censuit, Canonicum tribus mensibus permissis ab Ecclesia abesse volentem, minime teneri petere vel obtinere licentiam ab Episcopo, ceterum quota pars Canonicorum ab Ecclesia eodem tempore possit abesse, ne debito seruitio ipsa Ecclesia destituatur, Episcopi iurisdictionem atque arbitrium esse.

Nullius die 5. Iulij 1599.



Comensis
5. Julij
1599.

Congregatio Concilij iam pridem declaravit, Canonicos Collegiarum Ecclesiarum etiam in oppidis non insignibus cathedralium teneri ad residentiam, nisi essent Collegiate Rurales pariter destituta, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quatum Canonicatus ea essent factum tenuitate, ut qui eos obringerent, nec ex eis aliquid, ac aliunde habeant unde commode vivant.

Vlisma,
Ianuarij
1601.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum privilegio sacris Canonibus concessio posse vti opera duorum Canonicorum, eorum dum illi inseruiant debere percipere fructus prebende, amissa distributionibus quotidianis, si distributiones quotidianae temore facti fructibus prebende. Quod si omnes fructus in quotidianis distributionibus contenti, debere percipere eorum duas partes amissa remanens quae accrescit inseruientibus.

12. Febr.
1601.

Congregatio Concilij censuit, ad obtinendam Parochialem optore eum, cui confertur, attingere vigesimum quintum annum, atque intra annum à die collationis debere ipsum ad Presbyteratus ordinem se facere promoueri, quemadmodum expressio conueretur constitutione Gregorij Decimi in generali Lugdunensi Concilio edita, cui inhaeret Tridentinum Concilium Decreto, cap. 7. Sess. 7.

Fructuum. De omnibus fructibus tam prebende quam rectoriae Canonici missi ab ipsis Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina lociantur distributiones ex Decreto S. D. N. Sixti V.

Congregatio censuit, non posse confici ex hons, quibus Canonici residentes absunt à choro, dies, ut ex diebus & hons conuici possunt mensos absentiae, de quibus in hoc Decreto, nequeat constituendum seruitium nouem mensium, colligendas esse partem staturos, quasi ij qui nouem partes punctaturum ex duodecim quae ex seruitio totius anni constantur deseruendo tulerint, seruitio nouem mensium debito satisfecerint, sed ipsos dies rectoriae & seruitij siue continui siue interpellati numerandos esse, repleant numerum dictorum nouem mensium. Et Capellani debent capellis mercenarijs licite gaudeant Eleemosynis temporis infirmitatis.

CAPVT XIII.

Nullius
29. Aprilis
1593.

Congregatio Concilij censuit, cap. 13. Sess. 24. dum prohibetur Parochiales posse vni Monasterij, intelligendum esse de Parochialibus, quae actu, non autem de illis, quae habitu tantum supra minimum memoriam Parochiales existunt.

30. Martij
1594.

Congregatio Concilij censuit, valorem centum Ducatorum, qui ex decreto S. 13. Sess. 24. de Reform. debent remanere Rectoriae

Concil. Tri.
cū declarata
in Ianuarij 1601.

parochialis Ecclesie, quæ pensione grauatæ, esse intelligenda iuxta morem cuiusque regionis.

Congregatio Concilij censuit, non posse ab ordinarijs fieri vniones Parochialium Ecclesiarum, obstantibus Collegijs secularium, seu Regularium personarum, obstan. Decret. eiusdem Concilij cap. 13. Sessio 24. de Reformat. & si factæ fuerint, nullas esse vniones, &c.

18. Martij
1598.

Parochiales.] Quæ actu, non autem quæ habitu tantum parochiales existent, ita enim Congregatio Concilij censuit.

CAPVT XIV.

Interponitur.] Neque hoc Decreto neque Bulla Pij Quinti super hac eadem re edita comprehenduntur statuta Ecclesiastica de seruendi per annum, vel aliquod tempus & nihil percipiendi interim de massa grossa nisi peracto integro Decreto seruicio, idque post obitum hæredibus deberi, cum potius sit differre quam auferre.

Ut laudabiles.] Sed non censentur laudabiles, quæ sunt pro instauratione vel reparatione mensæ capitularis, eederent tamen in utilitatem Capitularium singulorum, sed si existat talis consuetudo, ut fructus, puta cuiuslibet præstimonij dimidiandi, postquam vacauit, eederent in utilitatem mensæ Capitularis, talis utique consuetudo per hoc decretum non est sublata.

Ecce censuit Congregatio in vna Burgenfi. Item censuit Congregatio in vna Palearina consuetudinem, qua id quod à recepto in Canonicum soluebatur, conuertatur in reparationem & instaurationem molendinorum mensæ Capitularis etiam ab hoc Decreto reprobata.

CAPVT XV.

Congregatio Concilij censuit, verba illa, *liceat Episcopis cum Mediolanensi Consensu Capituli*, contenta in cap. 15. Sess. 24. esse intelligenda de consensu Capituli illius Ecclesie, in qua fit reductio Præbendarum.

Mediola-
nensis 4-
Decembris
1592.

Distributiones quotidianæ.] Idem licere censuit Congregatio, quando nullæ sunt distributiones & præbendæ tenues vel e contra, sic etiam ut huiusmodi vnio iuxta formam præscriptam fieri possit pro distributionibus quotidianis, dum modo tenues sunt præbendæ; Secus seruandum esse decretum, Sess. 21. cap. 3.

Congregatio censuit, proposito quod dignitas Archidiaconatus non habeat votum in Capitulo, nec redditus ex mensa Capitulari, sed duntaxat stallum in choro, non licere Episcopo per vnionem cuiuscunque beneficij simplicis illius tenuitati prouidere.

Z z 3

Lico at

Licet Episcopis.] Capitulum sede Episcopali vacante non potest supprimere quodcumque beneficium & sibi venire.

Hoc decretum non habet locum in suppressionibus ad tempus sed perpetuis.

Hoc decretum locum non habet, si solite distributiones fuerint, tunc Episcopus duntaxat uti potest remedio c. 3. Sella.

CAPVT XVI.

*Panormi-
zana 31.
Apr. 1592.* **C**ongregatio Concilij censuit, ex Decreto Concilij cap. 16. Sess. 24. à Capitulo sede vacante vnum tantum Vicarium esse eligendum, ceterum non esse eo Decreto sublatam consuetudinem dandi aut plures eligendi, praesertim immemorabilem.

*14. Febr.
1594.* Congregatio Concilij censuit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessario vnum ex illis in Vicarium esse eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui.

*28. April.
1594.* Congregatio Concilij censuit, Capitulum ad libitum posse amouere Vicarium, alias per ipsum electum, & confirmatum, etiam intra octo dies alium constituere, alioquin deuolui ius deputandi Vicarium ad Metropolitanum, ac si Ecclesia ipsa Metropolitanam fecerit, ad antiquiorem Episcopum.

*9. Septem-
bris 1594.* Congregatio Concilij censuit, non esse de necessitate, ut Vicarius eligatur de gremio Capituli, ceteris tamen paribus praefertendum esse Capitularem, & existentibus Doctoribus, vel Licentiatum in utroque Canonico eligendum in Vicarium Doctorem, siue Licentiatum, ut ipso iure Canonico, alias sufficere ut eligatur, qui quantum fieri potest, idoneus sit.

*22. Nouē-
bris 1594.* Congregatio Concilij censuit, emolumenta tempore vacationis sedis Episcopalis obuenientia ex iurisdictione & sigillo, aut alias quodcumque quae ad Episcopum Ecclesia non vacante pertinuisse, ad Capitulum minime spectare, nisi ex Apostolico privilegio concessa fuissent, sed debere futuro Episcopo referuari, ex his tamen emolumentis deducendum esse rationabile salarium Vicario constituendum, & persolendum, quod si ex privilegio Apostolico Capitulo competere, non posse Canonicos, si Regulares sint, & tunc non emiserint, inter se illa diuidere.

*8. Aprilis
1595.* Congregatio Concilij censuit, Episcopum per se rationem administrationis officij gesti à Vicario Capituli, sede vacante constituere, exigere, atque alicuius delicti compertum punire auctoritate sua, subta decreto Conc. 16. Sess. 24.

22. 1599. Congregatio Concilij censuit, licere Vicario Capituli sede vacante instituere praesentatum à patronis.

Octo dies.] Capitulum ad libitum potest amouere Vicarium datum per Episcopum electum, aut confirmatum, dummodo intra octo dies alium constituat, alioquin deuoluit ius deputandi Vicarium Metropolitanum.

Congregatio censuit Episcopum in Capitulo exempto si velit rationem exigere ab Officialibus ex gremio Capituli deputatis sede vacante, eorum officij & administrationis, non teneri procedere cum adiunctis ex forma, c. 6. Sess. 25. nisi vellet criminaliter ad eorum punitionem & correctionem procedere.

Censuit Congregatio facta electione Officialium non posse ad libitum eos reuocare & novos continere, nisi vel OEconomum vel illos Officiales quos etiam vivente Episcopo Capitulum possit deputare.

Item Capitulum sede vacante potest facta mentione Vicarij vel aliorum Officialium illos cogere ad reddendam rationem administrationis, eosque pro culpa punire, non tamen impedire futurum Episcopum, quin ex hoc Decreto ab eisdem exgationes actionum, quas sede vacante fecerint & eos punire, etiam si a Capitulo fuerint absoluti.

CAPVT XVII.

Congregatio Concilij censuit, consuetudine permittenti, vt in eadem Ecclesia dignitas cum Canonicatu per eundem obrine-^{13. IANUARII} ^{1594.} retineri possit, non censeri derogatum ex decreto Concilij Tridentini ^{cap. 17 Sess. 24. de Reform.} vbi disponitur habenti beneficium competens, non posse conferri alterum,

Congregatio censuit, quod si habenti vnum beneficium sufficiens, aliud sufficiens ab Episcopo fuerit collatum, habita pacifica possessione secundi, vacat primum sufficiens. ^{28. IANUARII} ^{1594.}

Congregatio Concilij censuit, obtinenti Canonicatum, cui post Concilium munus sit inunctum Pœnitentiarij, non posse in eadem Ecclesia vna cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem, in vim consuetudinis Ecclesiæ permittentis Canonicum posse retinere Canonicatum cum dignitate. ^{27. MARTII} ^{1594.}

Congregatio Concilij censuit, qui dispensatus est ad beneficia, dummodo plura simul non fiat, non posse obtinere plura, quam vnum, quamuis illud ad vitam obtinentis honeste sustentandam non sufficeret. ^{1. IULII} ^{1595.}

Congregatio Concilij censuit, Episcopum habenti, vnũ simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, posse a eius simile conferre, sed non posse plura simplicia, vsque ad eius sustentationem eidem conferre. ^{11. IULII} ^{1596.}

Congregatio Concilij censuit, obtinentem beneficium simplex ad sui sustentationem sufficiens, posse quidem institui ad aliud simplex beneficium iudem sufficiens in eadem Ecclesia, in qua primum existens, sed adepta pacifica possessione secundi vacare primum. ^{28. FEBRUARII} ^{1598.}

Nominatus à Rege Gallie ad Episcopatum Mallonensem vacan-
tem per obitum, petitum expediti vna cum reuocacione dorum
monasteriorum, quæ in commendam obtinet vt deur recentio,
quia istæ commende in Gallia nullam nunc curam, nullam iudi-
cacionem habent aut exercent. S. D. N. putauit compatibles cum
Episcopatu.

CAPVT XVIII

- Foresem
pronensis
19. Aug.
1591.* Congregatio Concilij censuit, licuisse Episcopo secundum ea
quæ proponuntur eligere ex duobus inhabilibus inhabili-
quamuis vnum duntaxat suffragium examinatorum tulerit, illam
tamen amplius erudiri curabit Episcopus.
- Vrbinate
sis 4. Maij
1592.* Congregatio Concilij censuit, à reprobacione Examinatorum
dari appellacionem ad effectum deuolutiuum à die scientiæ.
- Nullius
29. Ianua-
rij 1593.* Congregatio Concilij censuit, verba illa, *ab alio* posita in cap. de
Sess. 24. de Reform. verf. cum veto, &c. intelligenda esse de iurisdictione
collatore.
- Saonenfis
1. Februa-
rij 1593.* Congregatio Concilij censuit, examinatos synodales de iure
donec alij in synodo deputati fuerint, verum si anno elapso aliqui
eis mortui fuerint, officium omnium expirare.
- Montisre-
galis 6.
Augusti
1593.* Congregatio Concilij censuit, etiam in iure patronatus, quod pro
duabus partibus pertinet ad laicos, & pro vna ad Ecclesiasticos, iurisdictionem
uandum esse concursum ex Decreto cap. 18. Sess. 24.
- 6. Augusti
1593.* Congregatio censuit illum, qui termino elapso comparuit, minime
esse admittendum ad concursum Parochialis.
- Ciuitate
sis 26. Au-
gusti 1593.* Congregatio Concilij censuit, examinatos minime quidem, etiam
iam post examen accipere posse.
- 11. Ianua-
rij 1594.* Congregatio Concilij censuit, ad patronum parochialis Ecclesie
quæ iuris patronatus Ecclesiastici sit, si institutio ad Episcopum pertinet
tineat, spectare, eligere digniorem inter probatos ab examinatore
Synodalibus; si autem institutio non ad Episcopum, sed ad alium
spectet, debere Episcopum eligere digniorem, & hunc teneri iurisdictionem
Patronum presentare.
- 28. Aprilis
1594.* Congregatio Concilij censuit, Vicarios perpetuos in Parochialibus
Capitulo unitis, non esse prauio concursu instituendos.
- 28. Aprilis
1594.* Congregatio Concilij censuit, si institutio ad Parochiales Ecclesias
iuris patronatus Ecclesiastici facienda sit à summo Pontifice, eligendi
digniorem ex approbatis ab examinatore, si spectat ad Episcopum, sicuti pari modo
electio spectat ad eundem Episcopum quando ab eodem Pontifice collatio Parochialis
facienda sit.
- 24. Iulij
1594.* Congregatio Concilij censuit, Episcopum posse occurrere vacan-
tioni beneficij curati, vocare & admittere ad concursum possibiles
tem aliud beneficium curatum, sed nõ potest sine concursu, & bene-
ficiario.

Concilij Tri-
cui declarata
mauerit in
mora

ficium, quod possidet, obtinuerit ille per concursum, & postquam vacauerit primum beneficium per adeptam possessionem pacificam alterius curati, poterit Episcopus iterum ponere edicta pro concursu.

Congregatio Concilij censuit, inferiorem Episcopo, qui omnimodam iurisdictionem habeat Episcopalem, nec alicui subdatur, & sit immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, nullius Diœceseos proprium habeat territorium, habeatq; ius congregandi Synodum, & legitime constet illam congregasse, & delegisse examinatores, utiq; posse concursum instituere, examinare, & approbare, & Oeconomos, ac Vicarios de purare, omniaq; alia agere, quæ c. 18. sess. 24. de reform. continentur. *5. Decemb. 1594.*

Congregatio Concilij censuit, quod si plures fuerint presentati super parochiali de iure patronatus Laicorum existente, requiratur examen per concursum inter eos presentatos tantum, ut ex his, qui peracto examine idonei ab examinadoribus Synodalibus renuntiati fuerint, Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum iudicaverit, atque illum, & non alterum instituat. *Die 16. Ianuar. 1595.*

Congregatio Concilij censuit, in collatione Canonatus, quam-
vis ei vnita sit parochialis, non oportere obseruari formam examinis per concursum. *30. Ianu. 1596.*

Congregatio Concilij censuit, si ex duobus concurrentibus ad Parochialem vacantem, & à tribus examinadoribus Synodalibus examinatis, alter eorum ab omnibus tribus fuerit approbatus, alter vero ab vno approbatus, & à duobus reprobatus, debere utiq; Episcopum tanquam magis idoneum eligere illum, quo omnia suffragia pro se tulisse proponitur, itaque in hunc modum ad electionem procedentem, atq; approbato petenti acta omnia ab ipso Episcopo esse exhibenda. *13. Apr. 1595.*

Congregatio Concilij censuit, Decretum cap. 18. Sess. 24. de Re-
form. vet. si vero iurispatronatus, non habere locum aduersus Parochialis institutionem, vel fundationem vestigare presentati idoneitatem si præscripta fuerit, eam utiq; omnino esse obseruandam, eeterum iurispatronatus debet hoc casu ab ordinario examinari, & approbati extra concursum, quamuis lex fundationis repugnaret. *Die 6. April. 1598.*

Congregatio Concilij censuit, examinatores synodales debere
nuntiare quotquot idoneos repererint ad vacantem Parochialem Ecclesiam gubernandam, sed ad Episcopum, non autem ad eosdem examinatores pertinere, iudicare, quis inter eos sit magis idoneus. *5. April. 1598.*

Congregatio Concilij censuit, non pertinere ad examinatores, sed solum Episcopum, iudicare, quis ex concurrentibus ad Parochiam vacantem sit magis idoneus. *Conchësis 1599.*

Congregatio Concilij censuit, beneficia curata iurispatronatus
Ecclesiastici esse conferenda præ uio concursu, ad eumque omnes, qui concurrunt esse admittendos, tamen si à Patronis non fuerint nominati, ideoq; appellationem presentatorum ab ipsis Patronis Eccle-
siasti- *22. April. 1599.*

fiasticis prætendentium alios ad concursum admitti non debet, concursum, dummodo alias legitime constitutus, & habitus fuerit, impedire non potuisse.

29. Jun. 1600. Congregatio Concilij censuit, inter plures à Patrono ad Parochialem iuris patronatus laicorum cumulatiuè præsentatos, obseruandam esse formam examinis per concursum.

29. Jun. 1600. Congregatio Concilij censuit, in collatione Parochialium, quæ iure deuolutiuo conferuntur, seruandam esse formam examinis per concursum, quia Patronus non læditur, & quia sublato obstituto præsentationis, & iuris patroni illa vice exclusi, res cedit ad ordinarij potestatem.

7. Augusti 1600. Congregatio Concilij censuit, à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad Parochialem Ecclesiam vacantem minus idoneum renuntiarunt, dari appellationem ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum.

16. Ianu. 1601. Congregatio Concilij censuit, beneficia curam animarum habentia, quæ vere sint dignitates, non subiicere concursui.

24. Maij 1601. Congregatio Concilij censuit, relatione examinatorum reuocantium vnum ex approbatis idoneum quoad scientiam tantum, & quoad vitam, & mores approbationem reiicientium, ad Vicarium Archiepiscopi, non esse satisfactum decreto d. cap. 18. sess. 24. vbi peracto.

CAPVT XIX.

Edchenfis
9. Sept.
1592.

Congregatio Concilij censuit, expectatiuas concessas facultati concordationis Sixto V. & Gregorio XIII. cuius paucissimi sunt (nempe, quia mandata sunt de prouidendo, videntur posse dici per obitum concedentis reuocata) non debere à S. D. N. per regulam generalem, sed specialiter reuocari, illas scilicet, quæ non fuerunt tantæ effectum, neque super his lites pendeant. S. D. N. Congregationis sententia audita, cum pauca sint expectatiuæ concessas, nolite eas reuocare.

CAPVT XX.

31. Martij
1597.

Congregatio Concilij censuit, causam etiam criminalem obuersi Clericum, quamuis consentientem, non posse abiq. speciali commissione Papæ signata in prima instantia à D. A. Congregari, nisi Episcopus quoque consentiat.

32. Ianu.
1598.

Congregatio Concilij censuit, Decreto eiusdem Concilij cap. 1. vers. ad h. zc, Sess. 24. non esse sublatam memorabilem consuetudinem, secundum quam inferiores Episcopo cognouerint causas Matrimoniales, & criminales, ideoque si huiusmodi immemorabilem consuetudinem tribus sententijs conformibus probauerint, esse impediendos eam exercere.

Ceterum antequam huiusmodi probationem per tres sententias conformes ad præscriptum iuris legitime præstiterint, Episcopum, inra cuius Dioceseos fines inferior existit, debere huiusmodi iurisdictionem exercere.

Congregatio Concilij censuit, vnicam sententiam, quæ transi- 12. Febr.
tum fecerit in rem iudicatam, ad effectum decisionis Congregatio- 1598.
nis Concilij tribus æquipollere.

Congregatio Concilij censuit, grauamen in debita carcerationis 6. Martij
esse ex his, quæ per appellationem à diffinitiuâ reparari nequeunt, id- 1598.
est, quæ ab eo ante diffinitiuam appellare licere ex Decreto cap 20. cir-
ca principium, & ordinatum teneri huic appellationi deferre, & si-
nere processum transferri ad iudicem appellationis: interim tamen
reco manente in carceribus, donec iudex approbationis causa cog-
nita aliqd iusserit.

Congregatio Concilij censuit, iurisdictionem criminalem, quam 18. Martij
N. Archipresbyter prætendit sibi, ademptam esse, nisi probaret per 1598.
tres sententias conformes, se ab immemorabili tempore eam iur-
isdictionem exercuisse: interim verò, quod huiusmodi probationem
per tres sententias conformes præstiterit, Archiepiscopum inra cu-
jus Dioceseos fines Archipresbyteratum existere proponitur, de-
bere eam iurisdictionem exercere.

Congregatio Concilij censuit, Archipresbytero, qui nullius Dio- Nullius 50
ceseos existat & omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem Iulij 1599.
habeat, dispensationes matrimoniales atque literas in forma signifi-
cauit, pro suis subditis committendas esse.

Sessio 25. De Regul.

CAPVT III.

Congregatio Concilij censuit, posse Episcopum compellere re- Nullius 21
gulares ad publicas processiones accedere recufantes, faculta- Mart. 1591
te sibi tributa Decreto Concil. c. 13. Sess. 25. de regular. & con-
trouersias præcedentiæ amota omni appellatione componere, ad
præscriptum dicti c. 13. obseruata tamen quoad Regulares, & cõfra-
termitates, constitutione sanctæ mem. Gregor. XIII. hac de re edita.

Congregatio Concilij censuit in exemptione Fratrum Minorum Hispalensis
de obseruantia, quæ habetur in Decret. c. 3. Sess. 25. de Regul. exce- 26. Martij
ptis domibus non comprehendi Moniales S. Clara. 1591.

Licet noua monasteria erigi sine consensu Episcopi non possint,
fabricæ tamen eorum iam ceptæ sine licentia perfici possunt.

CAPVT V.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum non posse impediri 28. Aprilis
à Regularibus, quo minus ingrediatur septa Monasterij ipsius 1594.
Regularibus subiecti, ad effectum videndi, si clausula seruata
uerit nec ne.

Con-

19. Iunij
1597. Congregatio Concilij censuit, licentias ingrediendi iura seu Monasteriorum monialium Regularibus secularibus, ex necessitate necessitate concedendas, spectare dumtaxat ad ipsos superiores Regulares.

Die 17. Iulij
1597. Congregatio Concilij censuit, Episcopum posse moniales Regularibus subiectas in ijs, quæ clausuram concernunt, toties visitare quoties vere cognouerit expedire.

17. Iulij
1597. Congregatio Concilij censuit, facultatem concedendi licentiam accedendi ad colloquium cum monialibus Regularibus (sicuti spectare ad ipsos superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitime præscripta, ut huiusmodi licentia etiam, quoad Monasteria, quæ Regularibus subsunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo & superiori Regulari coniunctim obtineretur, tunc enim consuetudo esse obseruanda.

24. Febr.
1598. Congregatio Concilij censuit, non esse permitendum quæpiam mulierem, tamen Regia dignitate insignitam, vel ex Regia dispensatione profectam, fundatricem vel Monasteria Religionis fratrum marum S. Francisci de Paula intrare.

CAPVT VI.

Congregatio Concilij censuit, omnes Titulares, quæ in plura Clericis ad effectum electionis constitui non sint, prohibere esse de decreto cap. 6. Sess. 25. de reg. ferre suffragia in electione superiorum. Non tamen eos, qui titulares perpetui sint, habentes vero titulum suarum Ecclesiarum, à quarum possessione vi excluduntur, ut sunt Priores Angliæ, Vogariæ, Hierosolomitani.

Item ex decreto d. cap. 6. non esse prohibendum superioribus eorum, quibus id ex regula conceditur, ut aliquem licentiam idoneam sui loco delegent, seu mittant ad Capitulum generale celebrationem, ut suo nomine electionem faciat, si ex institutis & decretis Religionis suæ, licet superioribus absentibus & legitime impeditis, monialium ad Capitulum generale, qui suo loco & nomine electionem suffragium ferat.

Et Abbatisarum.] In electione Abbatisæ de qua hic Episcopus potest cum suo Vicario vel Secretario, vel alio ab ipso sumpto singularem monialium ore tenus expressa audire.

CAPVT IX.

Episcopus non habet Iurisdictionem in moniales, quæ perinde vel indulto Papæ sunt immunes, nisi in ijs quæ ad clausuram ad spiritualium rerum curam pertinent.

Sanctissimum Christi corpus.] Eucharistia non in choro monialium referretur, sed in choro exteriori non obstante quacumque consuetudine contraria.

C A P V T X.

Congregatio Concilii censuit, iurisdictionem tributam Episcopo Decreto Concil. cap. 11. Sessio. 25. de Regul. in personas exercentes curam animarum, & administrationem Sacramentorum, in Monasterijs Regularium, quibus incumbit animarum cura, competere etiam Præpositis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

Cisterciensis 7. Aprilis 1592.

Item eam iurisdictionem esse cumulatiuam, cum ea, quæ competit superioribus Regularibus, cæterum si Præpositi Decreta, hac in re superioribus Regularium Decretis discrepent, præualere utique & obseruanda esse Decreta Præpositi.

Congregatio Concilii censuit, ea verba Abbates Generales, posita in c. 11. Sess. 25. de Regul. esse coniunctum intelligenda, ita ut ea exceptio loquatur de Abbatibus, qui iidem sint generales.

Cauriensis 5. Maij 1592.

Congregatio Concilii censuit, Episcopos non posse visitare Ecclesias Parochiales, in quibus Abbates iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochiam & Parochianos exercent, nisi Episcopus maiorem in illis locis, & personis iurisdictionem exerceat.

20. Nou. 1592.

Congregatio Concilii censuit, nominationem Vicariorum secularium amouibilem in beneficiis curatis vnitis spectare ad Episcopos, Vicariorum verò Regularium in vim certæ constitutionis à Pio

5. Februarij 1595.

emanatæ spectare ad eos, in quorum Ecclesiis vnitis ipsi Vicarii ponentur, illisque non esse præiudicium concursu, sed tantum examine, & approbatione Episcoporum deputandos: & quando dicti Regulares in Vicarios deputabuntur, ipsos teneri cum alio Regulari cohabitare.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse ex cap. 7. Sess. 7. 2. visitare Ecclesias Parochiales vnitas Monasterio Canonicorum Regularium, ramesis generalis in eo Sedem ordinariam principalem habeat.

2. Martij 1595.

Congregatio Concilij censuit, exercentes curam animarum in Parochialibus Hierosolymitanae Religionis teneri accedere ad Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus conscientia differendos habentur.

18. Martij 1598.

Congregatio Concilij censuit, exceptionem positam in cap. 11. Sess. 25. de Regul. vers. & exceptis, procedere quoad regulares Ecclesias, in quibus duo Abbates Regulares commorantur, & quæ dependent à Monasterijs, in quibus Abbates generales aut capita ordinum eadem ordinariam principalem habent, etiam si in illis Ecclesiis Regularibus dependentibus non vigeat regularis obseruantia, ideoque Episcopum ab huiusmodi Ecclesiarum visitatione debere omnino abstinere.

2. Sept. 1599.

Præiudicium ex. Amiens.] Etiam si essent in possessione immemorabili aliter faciendi.

Ordi-

Ordinarius non habet ius visitandi capita Ordinum licet usum habeant curam animarum, nec membra proxima capiti.

CAPVT XII.

22. Aprilis 1599. **C**ongregatio Concilij censuit, licere diebus festis dare operam Crebris ad victum necessariis, ac tempore perituris, praeter tempore vindemiarum, ac messium, ac collectionis fructuum, ubi necessitas vigeat, aut luadeat pietas.

Die 3. Iun. 1600. An in die festi ab Episcopo constituti, & à Regularibus seruandi ex Decreto Concilii cap. 12. Sess. 25. de Regul. permante debeatur regularium ritus in eorum Ecclesijs, quoad Episcopales, Euangelia, & familia.

Congregatio Concilii censuit, debere permanere, sed in sacris Concionibus, & lectionibus seruari ab ipsis debere illa Euangelia, & Apostolicas, quibus clerus secularis vitur pro more, & institutionibus Ecclesiae.

Salamanca 10. Ianuar. 1604. Pro parte Episcopi Salamantiniensis, Ecclesiae à Sacra Rituum Congregatione quaesitum fuit, an ceremoniale Episcoporum supra editum, tollat immemorabiles Ecclesiarum consuetudines.

Eadem sacra Rituum Congregatio respondit vt alias, si per ceremoniale praecipuum tollere abusus, non autem inmemorabiles Ecclesiarum consuetudines, maxime si Consuetudo immemorabilis legitime praescripta sit? Et ita censuit, & declarauit die 10. Ianuarii 1604.

Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur. Improbatur veto mo contra bullam in cœna Domini, quod possint publicare motiones, siue bullas sine expressa licentia Ordinarij.

Exstant Perusij quamplurima collegia, quae collegia artes vocantur, & inter cætera reperiuntur collegia Macellariorum, Arculariorum & Pullariorum, & ista tria collegia per plures annos vendiderunt plus offerenti facultatem vendendi diebus festis, & sic illud collegium, qui plus offerebat, vendebat, nempe vnus pro quolibet choro seu collegio, & istud praetium semper conuerteretur in luminaria & collationes hominibus dictorum collegiorum, dum eunt ad chorum luminaria, & hoc habent ex antiquissima consuetudine, verum tractetur de vendendo merces diebus festis, & sic de non sanctificando dies festos, quaesitum fuit an sapiat aliquid peccati vel tolerari possit. Congregatio censuit tolerari posse, cum talis collatio non sit nutritiua peccati, sed inducta propter necessitatem & ideo excusatur, atq; ita tenent communiter Summistæ.

CAPVT XIII.

Congregatio Concilii censuit, si Monachi, seu Regulares fere
 ultra medium miliare à Ciuitate distant, non esse utique com-
 pellendos ab Episcopo accedere ad processiones, non obstante De-
 creto c. 13. Sess. 23. de Regul. *Cesenatf. 5. Maij 1592.*

Congregatio Concilii censuit, Episcopum ex *ca. 13. vers. 25. de Re- 14. Februa 1594.*
 gul. controuersias super præcedentia in processionibus, & aliis simi-
 libus ortas inter personas Ecclesiasticas, tam seculares quam Regu-
 lares componere.

Congregatio Concilii sapius declarauit in Conciliis Prouincia-
 libus attendendum esse præeminentia Episcoporum tempus ordina-
 tionis, non autem dignitatem Ecclesiarum, vel eorum ordinem, &
 præeminentiam. *19. Aprilis 1596.*

Item Commendatarios Monasteriorum, siue Abbatiarum in Con-
 ciliis Prouincialibus inter Abbates esse recipiendos, eisq; Canonicos
 Cathedralis esse præferendos, quando capitulariter procedunt, sed
 extra hunc casum Abbates titulares, vel habentes vsu mitræ debe-
 re præcedere Commendatarios, post hos locum obtinere dignitates
 & post dignitates collocandos esse Procuratores Ecclesiarum Ca-
 thedralium.

Congregatio Concilii censuit, sacerdotes nullum officium, aut
 beneficium Ecclesiasticum in ciuitate vel Diocesi obtinentes, seu
 habentes non esse ab Episcopo compellendos ad vllas processiones
 accedere. *9. Maij 1597.*

Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse compellere Ca-
 nonicos, & alios presbyteros beneficia, vel officia Ecclesiastica obti-
 nentes, vt accedant ad omnes & quascunque processiones publicas,
 vel indiçtas, pro bono publico vel honore. *17. Iulij 1597.*

Congregatio Concilii censuit, Regulares, quantumuis exemptos
 teneri accedere ad omnes & quascunque processiones publicas, &
 consuetas, vel indiçtas, pro bono publico vel honore. *22. Ianua. 1598.*

Congregatio Concilij censuit, Regulares degentes in Monasteriis
 quæ per dimidium miliare distant à ciuitate, non teneri, nec ab Epi-
 scopo compellendos esse accedere ad processiones. *21. Maij 1601.*

An antiquitas monialium à tempore ingressus & suscepti habitus
 regularium, an vero emissæ professionis computari debeat. Congre-
 gatio censuit attendendum esse tempus professiones.

Exemptis in processionibus locum assignandum, quem habere
 volunt.

CAPVT XIV.

AN regulares degentes de licentia superiorum suorum in do-
 mo ad erectionem monasterij destinata comprehendantur
 sub

sub difpofitione Concilij hic, & in c. 3. Sess. 6. ita ut ab Epifcopo deliquerint, puniri & corrigi poffint. Congregatio cenfuit comprehendendi, fi in eadomo non viget regularis obferuantia. Vide Sess. 7. & 8.

CAPVT XV.

- Lucenfis*
6. *Augufti*
1593.
Neapolitana
9. *Septem.*
1593.
22. *Septem.*
1594.
14. *Augufti*
1597.
17. *Novem.*
1597.
3. *Iunii*
1599.
- Congregatio Concilij cenfuit, ex professione, fuae tacite prepreffe intra annum probationis emiffa; non obligati aliquam, neq; in fpecie, neq; in genere Religioni.
- Congregatio Concilij cenfuit Oratricem afferentem habitum per eam gefstum, diftinctum fuiffe diftinctione patenti ab habitum profellam fieri folitis immifcuisse, minimè tacitam emiffiffe professionem.
- Congregatio Concilij cenfuit eum, qui emiffit professionem intra annum, nec deinde emiffit tacitam, non effe obligatum ad renouationem, neq; in genere, neq; in fpecie.
- Congregatio Concilij cenfuit, moniales nullo pacto ad professionem admittendas, nifi per annum poft fufceptum habitum in probatione itererint, quemadmodum difcretis verbis cauetur decreto Sess. 25. de Reg. neq; vllam rationem habendam contrarie conditionis etiam immemorabilis, vtpote fublata decret. c. 22. Sess. 21.
- Idem moniales virgines, quas folas consecrare fas effe, ante annum completum non effe consecrandas.
- Congregatio Concilij cenfuit, annum probationis ad emittendam professionem in Religionem debere effe continuum, non autem interpolatum.
- Congregatio Concilij cenfuit, etiam milites Hierofolymitanos hodie debere antequam professionem emittant, per annum in probatione manere, poftquam eorum constitutiones, quoad hæc ad Tridentini Concilij Decreta funt relatæ, & à fede Apoftolica confirmatæ.
- Post professionem vero quilibet regularis etiam extra clauitro gens, fuae moriatur eum habitu fuae fine, eundem bona fua mobilia immobilia acquirat ordini, in qua profellus effe, vide bullam Pij V.
- Puella ex illegitimo & dampnato coitu nata, nullo Concilio deo habitum religionis fumere, in eoq; profiteri prohibetur.

CAPVT XVI.

3. *Martij*
1594.
17. *Octobr.*
1594.
- Congregatio Concilij cenfuit, decretum Con. Trid. c. 16. de *de Reg.* non habere locum in donationibus, & renunciationibus factis ante fufceptionem habitus.
- Congregatio Concilij cenfuit, renunciationem factam contententia Epifc. fuae eius Vicarii intra duos menses proximos recepta, quo profellio emitti legitime potuiffet, non cenferi inuaidam, eo, quod ipfa actualis profellio per aliquot menses dilata fuerit.

Congregatio Concilij censuit, tempus anni ad emittendam professionem a Concilio Tridentino præfixum; posse arbitrio superioris Regularis prorogari. 31. Maij 1597.

Congregatio Concilij censuit; Decretum cap. 16. in principio, non vendicare sibi locum in testamentis; atque alijs vltimis voluntatibus. 22. Ian. 1598.

Congregatio Concilij censuit Decretum Concilij cap. 16. Sess. 25. de Regularibus, non vendicare sibi locum in donationibus, vel renuntiationibus ante habitus susceptionem; etiam animo & proposito religionem ingrediendi factis. 18. Martij 1598.

Congregatio Concilij censuit, Decretum cap. 16. Sess. 25. de Regularibus, in princ. vendicare sibi locum etiam in his, quæ excedunt annum 16. & illa verba ante facta, quæ ibidem habentur non referri ad ætatem renuntiantis, sed ad duos menses proximos ante professionem. 15. Ianuarj 1601.

Cum dubitatur an puella sit legitime professa; & an donatio facta monasterio fuerit libera & valida: Episcopus debet eam amouere a monasterio in loco tuto & neutri parti suspecto collocare, ibiq; eam diligenter interrogare.

Ad profectendum admittant.] Fuit dubitatum, an monialis, quæ emiserat professionem, & deinde probabiliter dubitans non fuisse baptizatam, denuo ad eautelam baptizata fuit, debeat denuo emittere professionem, & dato quod sic debeat expectare per annum. Respondit & resolutum fuit professionem primam eam ligare; verum debere eam ad maiorem cautelam iterum emittere professionem non expectato alio anno, & fuit alleg. Abb. c. 1. & 2. de presb. non bapt.

C A P V T XVII.

Congregatio Concilij censuit, explorationem voluntatis puellarum profiteri volentium ad præscriptum Decretæ. 12. Sess. 25. de Reg. utroque tempore, scilicet ingressus, & professionis; faciendam; ad Archiepiscopum pertinere, quamvis Monasterium ab eius iurisdictione exemptum existat. *Burgensis* 21. Sept. 1591.

Quam explorauerit Episcopus.] Per hoc decretum Episcopi debent illas bis examinare; primo ante susceptionem habitus, deinde ante professionem, virgines quibus est facienda professio, si clausura monasterij facta sit, examinandæ sunt ab Ordinario intra monasterium ad cancellos seu crates ipsarum monialium, & clausura facta Ordinarius abstinere debet a monasterij ingressu.

Virginis voluntatem.] Per hæc verba Congregatio rescripsit aliquam puellam non debere admitti, ante duo detimum annum ad habitum suscipiendum, quia cum requiratur voluntatis exploratio, nõ est eius voluntas neque consilium ante illam ætatem.



CAPVT XIX.

Nullius 1. Congregatio Concilij censuit, Regularem deducentem infra
Decr. 1593 quinquennium nullitatem professionis, teneri eam prebent
coniunctam coram proprio superiori Regulari illius Monasterij, in
quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, ubi exiit
Monasterium, in quo professus est.

8. Martij Felicis recordationis Gregorius XIII. ex sententia Congrega-
1598. tionis Concilij declarauit eos, qui per vim, & merum se Religionem
professos prætenderent, nisi intra quinquennium reclamarent, eo
lapso non esse audiendos, tamen allegarent vim, & merum. *legata*
durasse.

Die 6. Congregatio Concilij censuit, in causis nullitatis professionis, &
Mart. 1598 infra biennium ab Ordinario, & superiore regulari non termina-
tur, esse locum Decreto Concil. cap. 20. Sess. 25. in pñac. *ver. 24.*
omnino.

CAPVT XXI.

6. Iunij Congregatio Concilij censuit, si beneficium huiusmodi in se-
1600. clare, nihil subesse difficultatis, vt Michael non teneatur habi-
tum Religionis suscipere, & profiteri: quod si a principio fuerit re-
gulare, & postea immutauerit statum conuentibus his, que a re-
communi requiruntur ad inducendam huiusmodi mutationem, in-
dem cogi oratorem non posse, vt habitum Religionis assumat, in-
que profiteatur. Quod si beneficium sit regulare taleque nunc per-
maneat, collationem Oratori, qui secularis est, tanquam de seculari
factam viribus carere.

Intra sex menses religionem. Prioratus ob non susceptionem ho-
bitus & professionem non emissam infra tres menses restituendus, &
prior ipse redarguendus.

CAPVT XXII.

Per hanc derogationem maioris non possunt Regulares, et
iuscumque ordinis illi sunt in casibus Episcopis referatis ab-
uere, prout etiam annotatum est c. 2. Sess. 14. de seruandis in decr.
na illius Sacramenti.

Decreta huius Concilij nihil derogant priuilegijs Religiosorum
nisi quatenus Concilio ipsi sunt contraria.

Sessio 25. De Reformat.

CAPVT II.

Item per eandem bullam de supradictis omnibus debet fieri
quantum Episcopo sufficere videbitur.

Concil. Tri-
cū declarauit
manent in
mari

In causis vero iudicialibus.] Excommunicatio lata à Iudice Ecclesiastico priusquam legitime constet de impedimento vel perturbationibus propter quas non potest detinere propria autoritate ad executionem realem vel personalem, est valida, & qui tali excommunicatione ligatus existit, indiget absolutione, debent tamen Ordinarij curare vt in excommunicationibus proferendis obseruetur decretum à Concil. Trid. hoc c.

An possit Episcopus delegare Vicarijs foraneis facultatem concedendi literas monitoriales pro rebus deperditis, vel subtractis, non obstante Decreto c. 3. Sess. 25. dum tamen expresse, & in specie huiusmodi facultas tribuatur. 6. Iunij 1592.

Congregatio sibi certo persuadet, per Episcopum id non, nisi personis circumspcctis, & grauibus, quorum nouerit prudentiam, & iudiciū esse commissum.

Congregatio Concilij censuit, si iuxta cap. 3. Sess. 25. de Reform. literis monitorialib. ad finem reuelationis, que etiam pro rebus subtractis ferri possunt, relaxatis, pro palatum aliquid reuelans fuerit. Possit actorem contra eos, qui aliquo iudicio laborauerint, siue causa fuerit civilis, siue criminalis, iudicium experiri, in eoq; si legitime probauerit obtinere, & si executionem iudicij neq; realem, neq; personalem habere voluerit, tunc, & non prius licere iudici spirituali gladio excommunicationis, si causæ qualitas id expostulauerit, in eos condemnatos vti. Taurinens. 27. Augusti 1592.

Congregatio Concilij censuit, Abbati alijve inferiori, quamuis nullius Dioceseos existat, & iurisdictionem quasi Episcopalem obtineat, post Conciliū non licere excommunicationes, quæ pro rebus deperditis, vel subtractis fieri solent, decernere, sed debere eius subditos ad eas obtinendas sedem Apostolicam adire: idemque esse obseruandum, si huiusmodi inferior intra fines alicuius Dioceseos existens iurisdictione quasi Episcopalem priuatiue ad Episcopum habeat, sitq; privilegio sedis Apostolicæ immediatè subiectus, nam ius huiusmodi excommunicationes decernendi in eius subditos, neq; ad ipsum, neq; ad Episcopum pertinere, sed adire sedem Apostolicam oportere. Quod si inferior iurisdictionem quidem quasi Episcopalem in certa parte Dioceseos habuerit, sed appellationes ab eo ad Episcopum deuoluantur, hanc facultatem in illius subditos ad Episcopum etiam pertinere, nisi vbi ea iurisdicō esset infectio per privilegium quaesita, ex tenore priuilegij aliud resularet. 22. Ianuarii 1598.

Congregatio Concilij censuit, si sunt duo in solidum obligati in forma Camere pro eorum debito, & contra vnum tantum possit deveniri ad executionem realem, vel personalem, non posse contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis vel personalis, ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censuras. Vlt. Iunij 1600.

CAPVT IV.

3. Martij
1597.

Congregatio Concilij censuit, ex decreto Concilij cap. 4. Sess. 25. non licere Episcopo reducere onera missarum beneficio in fundatione apposita.

28. Ian.
1600.

Congregatio Concilij censuit, redditus pia testantium voluntate pro missarum celebratione alijsque pijs vsibus relictos, posse ab Episcopo in distributiones quotidianas, neque alium vsum, quantumvis pium, nullo modo conuerti.

Vt eorum semper defunctorum.] Hæc dictio *semper* non referatur neque ad tempus, neque ad diem, sed intelligi debet *semper singulis diebus* quas iure reductionis celebrari contigerit.

Commemoratio fiat.] Hic satisfit per intentionem applicationis Missarum per preces, quæ offeruntur in secundo memento, & per collectas fieri possunt. Religiosi, qui ob paupertatem Sacerdotum, Missarum oneri satisfacere nequeunt in suis Capitulis prouincialibus, pro vt magis expedire iudicauerint prouidere poterunt.

CAPVT VI

22. Iunii
1593.

Congregatio Concilij censuit, non ex eo, quin portionem integram, & dimidij habent vocem in Capitulo, illos esse Capitulares, sed tunc inter Capitulares censeri debere, cum ex Apostolico privilegio, vel ex consuetudine, aut Ecclesie statuto inter Capitulares connumerentur: Ideo si ipsi talibus facultatibus non possidentur, Episcopus poterit contra illos non cum adiunctis solum procedere.

28. Apr.
1594.

Congregatio Concilij censuit, concordia confirmata à Papa forma communi, cum qua concurrat consuetudo immemorabilis fuisse à Conc. Trid. c. 6. sess. 25. de Reform. derogatum.

1. Iulij
1597.

Congregatio Concilij censuit, Episcopum in Synodo Diocetana posse constitutiones tacere absque consensu & approbatione Capituli, debere tamen eum exquirere consilium Capituli, licet illud non tenetur sequi, nisi in quibusdam casibus à iure expressis.

13. Augusti
1599.

Congregatio Concilij censuit, Decretum d. cap. 6. Sess. 25. habere locum in his tantum Capitulis, quæ exemptione, consuetudine, aut alio speciali iure se tuebantur aduersus iurisdictionem Episcopalem, quam adeptæ esset Capitulis tantum huiusmodi exemptio, aut alius ius speciale quo ante Concilium nitebantur, tum etiam iurisdictionem quam in Capitulares ante Concilium exercebant, Episcopo restitutam, qui tamen non aliter ea vti planè debet, aut potest, quam eum consilio & assensu duorum Canonicorum à Capitulo aut prescriptum eiusdem Concilij electorum.

Concilium Trid.
cū declarauit

in materia de
capitulo

De quorum consilio & assensu, Concilium & assensus duorum Canonorum à Capitulo pro causis criminalibus electorum, ab Episcopo querendum non est, si Capitulorum deliquerit aut illi duo electi.

In loco decenti custodiantur, licet Canonici sint custodiendi in loco decenti, carcer tamen debet esse in domo episcopali, & non in Ecclesia.

Dubitatum fuit an decretum Concilij hoc e. quo conceditur facultas Episcopis convocare Capitulum nisi de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur, sit intelligendum, quando res ad se vel ad suos suo privato nomine pertinet: an verò etiam si pertinet natione dignitatis Episcopalis. Congregatio censuit quod Episcopus convocare non possit Capitulum in illis casibus, in quibus Iudex esse non potest, & si de re spectante ad episcopalem dignitatem potest esse Iudex, convocare potest. Capitulum Abb. in c. venerabili de Cen. in fin.

Capitulum N. prædicit Episcopum non posse visitare personas Capitulares alibi quam in loco vel Camera Capituli: Congregatio censuit in loco decenti.

CAPVT VIII.

Qui eorum institutioni proximior sit.] In hospitalibus in quibus non habentur laborantes proprio morbo iuxta proprium institutum hospitalis, licet videantur recipiendi proximiori morbo laborantes, iuxta verba Concilij non tamen eijciendi sunt, si quilibet quin pauperes diuerso morbo laborantes aut alij miserabiles reperiantur: Cum vere mens Concilij fuerit providere, ne qui possident hospitalia omnes fructus in vsus proprios conuertant, sub prætextu quod non inueniantur infirmi secundum primam institutionem hospitalis.

CAPVT IX.

An. c. 9. Sess. 25. in ea parte, in qua requirit plenioris & exactioris probationem Iurispatronatus ipsius personis, seu communitatibus, in quibus vsurpatio plerumque præsumitur, nec vult immemorabilem aliter suffragari, nisi præsentationes etiam continue non minori, quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probentur, requirat pro forma, quod probatio fiat per authenticas scripturas, ita vt probatio per testes excludatur.

Congregatio Concilij censuit probationem debere fieri per authenticas scripturas, ita vt probatio per testes regulariter excludatur.

Congregatio Concilij censuit, si Iurispatronatus ex augmento dotis 14. Febr. concessum fuerit super 40. annos, ante diem Kalend. Maij 1564. 1594. illud

Nullus 25.
O.H. 1592.

A 22 3
illud



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illud nõ fuisse abrogatum, aut irritum factum à decret. Concil. f. d. e. 9. f. 25. de Reform. si verò concessum fit à 40. an. citra, esse digniter ab Ordinatio vti delegato Sedis Apostolicæ cognoscendum, & si non reperit, illud ob maximè euidentem Ecclesiæ necessitatem legitime esse constitutum, reuocandum esse, reddito tamen Patrono eo, quòd ab illis idcirco datum est.

23. Iun. 1594

Congregatio Concilij censuit, Ius patronatus ex fundatione, vel dotatione probari etiam ex multiplicatis præsentationibus per scriptis, supra hominum memoriam tamen nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, & quanquam etiam in dictis præsentationibus nulla apparet mentio factæ fundationis, & dotationis.

25. Octobr. 1594.

Congregatio Concilij censuit, Ius patronatus ex fundatione, vel dotatione probari etiam, quòd nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, ex multiplicatis præsentationibus per scriptis, supra hominum memoriam tamen, ut in ijs personis, in quibus ius plerumque ex usurpatione acquisitum præsumi solet, ultra immemorabilis temporis probationem, præsentationes etiam continuatæ non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sunt authenticis scripturis probentur.

13. Febr. 1598.

Congregatio Concilij censuit, Decret. c. 9. Sess. 25. eiusdem Concilij requirens, vt patronatus sit ex fundatione vel dotatione, quæ iuxta formam ibidem præscriptam probari debeat, vendicare ius suum tam in petitorio, quam in possessorio.

Item patronatus ex privilegio ante Concilium coactos, effectus dem decreto sublato, tamen inserta esset ipsi privilegio clausula, vt perinde habeantur, ac si essent ex fundatione, vel dotatione.

30. April. 1598.

Congregatio Concilij censuit, Decretum eiusdem Concilij c. 9. Sess. 25. in principio habere locum tam in petitorio quam in possessorio.

Ex fundatione vel dotatione.] Congregatio Concilij censuit, vt verba accipienda esse distinctiue, nam sufficit alterum probatum, scilicet vel titulum ex authentico documento, siue multiplicatas præsentationes vt in Concilio.

Ius patronatus acquisitum per augmentum terræ partis dotatione quadraginta annos à die Confirmationis Concilij iurata debet esse, si vero est acquisitum intra annos quadraginta, Episcopus ibi tamquam Apostolicæ Sedis Legatus illud examinare debet, & quòd reperit in euidentem Ecclesiæ dignitatem factum reuocandum restitui tamen debet patrono id, quòd hoc nomine datum fuit, in fine huius decreti statutum est.

Ex authentico documento.] Ius patronatus probatum solo documento fundationis, absque aliqua præsentatione non tollitur à Concilio, vide decis. Rotæ de præbend. in nouis, nisi tantum præsentationibus

Concil. Tri.
cũ declarauit
patronatus in ijs
personis

is præ
liberta
Per
gatio d
Qu
rabile,
peuram
Reli
feri deb
1586. co
fundati
tum Ca
non fun
tum est
Ius p
fica pos
de titul
pore est
dubium
in fine
in hoc
Qua
sunt a d
inquire
hoc nisi
Inter
turban
In to
piscopi
augend
A D
qu
Congr
An is
guitate
berit, p
sem ob
Con
eadem
CO
CO

si præterisset, quantum iure requiritur ad præscribendam Ecclesiam libertatem.

Per antiquissimum temporis cursum.] Hæc verba censuit Congregatio die 4. Febr. 1581. intelligenda esse pro vt de iure.

Qui hominum memoriam excedat.] Requiritur tempus immemorable, quod si probandum est per testes sexaginta annos, per scripturam centum. Rota sic tenet.

Reliqui patronatus.] An patronatus in Ecclesia conuentuali censeri debeant, sublatis hoc vers. reliqui. Congregatio die 4. Decembr. 1586. censuit esse sublatis patronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione & donatione. Ius præsentandi v. g. ad mansionarios datum Capitulo censendum est esse ex priuilegio, quando Capitulum non fundauit nec dotauit, nec habet immemorabilem. Ideo sublatum est hoc decreto.

Ius præsentandi ex priuilegio Episcopi concessum, in cuius pacifica possessione existere probant patroni per 140. annos cum constet de titulo ex priuilegio inualido, centenaria possessio prodesse non potest ob malam fidem. Ideo per hoc decretum sublatum remanet dubium, an immemorabilis profit propter clausulam derogatiuam in fine e. quæ referenda sit etiam ad ius patronatus ex priuilegio, sed in hoc subsistit Congregatio 1573.

Quæ vero à quadragesima annis.] Isti quadraginta anni numerandi sunt à die confirmati Concilij, nam licet à die quò velle Ordinarius inquirere super validitate ius patronatus essent transacti 40. anni hoc nihil eximit.

Interea tamen dum sit examen nullus est in sua quasi possessione turbandus.

In totum reuocent.] Ius patronatus minus legitimè constitutum Episcopi reuocent, soluto tamen patronis quidquid Ecclesie ratione augenda dotis datum fuerat.

CAPVT X.

Ad aptas designare.] Quorum nominationem ad Episcopum quidem principaliter, non tamen priuatiuè ad alios spectare Congregatio respondit.

An is qui tempore commissionis reperiebatur constitutus in dignitate & designatus inter Iudices Synodales, si dignitatem resignauerit, possit de eadem causa cognoscere, vel potius qui eam dignitatem obtinuit vel neuter.

Congregatio censuit die 21. Maij 1587. etiamsi eam resignasset de eadem causa cognoscere posse, quia iusticiæ ab initio fuisse capacem.

CAPVT II.

Congregatio Cõcilij censuit, neque cõstitutionem Pauli II. neq; II. IANUAR. Cõcil. Trid. decretum derogasse dispositioni c. Terulas 12. q. 2. 1596.

Aaa 4

Nen

Non liceat etiam. Jurisdictionē Ecclesię locari prohibetur, quod procedit etiam in quolibet minimo officio Jurisdictionem habente, non obstante quacumque consuetudine contraria.

CAPVT XII.

19. Decem.
1596.

Congregatio Cōcilij censuit, si decimę sint impostę res, quę ab initio fuerunt concessę, vel traditę cum ea conditione, & onere, vt ex eis decimę soluantur, tunc ad quoscumque pertinerint, etiam mendicantes, teneri eas soluere: si vero debeantur administranda cura animarum, tunc quia Parochi his mendicantibus aliqua Sacramenta non administrant, mendicantes ad eas non teneri, si tamen a solutione decimarum Sedis Apostolicę priuilegijs eximantur.

19. Iunij
1597.

Congregatio Concilij censuit, obtinentem Canonicatum in Cathedrali Ecclesia etiam ante factam Ordinum distributionem, in ea saltem ætate oportere esse constitutum, vt intra annum ad Subdiaconatum possit promoueri.

Qui ex antiqua consuetudine non soluebat decimas, ex hoc decreto ad eas soluendas cogi non potest.

CAPVT XIII.

Rossanęsis
21. Sept.
1591.

Congregatio Sæpius respondit, Decreto Concilij cap. 13. Sess. 25. non comprehendi Monasteria edificata a 40. annis citra, vel quę indies edificantur, præsupposito, quod sit eius Religionis, curę a Sede Apostolica indultum sit, vt quartam funeralium non teneantur soluere Episcopo.

3. Martij
1594.

Congregatio Concilij censuit, Concilium Tridentinum ca. 13. Sess. 25. de Reform. non sustulisse priuilegium, supra 40. annos, ante Concilium certis religiõibus concessum, ad percipiendum quartam funeralium.

Cathedrali. Non potest Episcopus applicare fabricę Ecclesię suę census & libellos, quos rectores Ecclesię possident, nec probare, quin dicti rectores accipiant sponte oblata ab hæreditarijs defunctorum.

Congregatio censuit onus probandi professionē solutionis quartę funeralium, ante quadraginta annos ipsius Cathedralis Episcopi incumbere.

CAPVT XIV.

Pœna de qua in vers. quod si a Superioribus moniti &c. ne habet locum in Clericis, si primo deliquerint, etiam si edicta generalia Ordinarij præcesserint, sed incurritur vbi Clericus secundo deliquit. Pro primo puniri debet alijs pœnis a sacris canonibus vel statutis Ecclesiarum impostis, & demum si monitus fuerit, &

quidem speciali admonitione secundo delinquat, priuatus tertia parte fructuum, non tamen distributionibus quotidianis, quas ratione Canoniciatus vel dignitatis diuinis interessendo percipit præter fructus præbendæ distinctæ; eadem pœna censetur repetita in vers. Si vero in delicto eodem, &c. Sin autem secundæ monitioni non paruerit, suspendendus est ab administratione beneficiorum, & eam non possit interesse choro amittit etiam distributiones quotidianas.

CAPVT XV.

Congregatio Concilij caussa alias mature discussa censuit, Ne- *Brach-*
potem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi Decre- *rensis 17.*
to cap. 15. Sess. 25. *Octobris*

Congregatio Concilij censuit, Decretum Concilij cap. 15. Sess. 25. *1592.*
de Reform. disponere tantum circa reciprocas resignationes post *Calag. 1.*
ipsum Concilium in fauorem filiorum faciendas. *Iulii 1593.*

Congregatio Concilij censuit, re mature discussa, patrem legi- *22. Dec-*
timum nulla indigere dispensatione ad obtinendum immediate be- *bris 1594.*
neficium filij, licet filius, quamuis legitimus, dispensatione egeat ad
obtinendum immediate beneficium patris.

Congregatio Concilij censuit, Decretum cap. 15. Sess. 25. minime 1. *Martii*
prohibere, vt nepos illegitimus ex filio illegitimo beneficium, quod *1598.*
pater habuit obtinere non possit.

CAPVT XVI.

Congrua portio.] Congrua portio fuit declarata esse 24. aureo-
rum singulis annis.

CAPVT XVII.

Congregatio Concilij censuit, decretum c. 17. qui v. non obti- *22. Augu-*
nent dignitates, Sess. 25. præseruare nedum dignitates, quæ ha- *sti 1596.*
bent administrationem cum iurisdictione, sed etiam illas di-
gnitates, quæ pro talibus habentur in Ecclesia, quam
sententiam Sanctissimus ad se relatam
approbavit.

F I N I S.

